 100 incensum 103 quid  
 significet 162.163  
 Sigethi arcis descriptio 100  
 defensorū iūritus, & stre-  
 nuitas 163 expugnatio  
 105  
 In Sigethi expugnatione  
 Turcarum interfectoru  
 numerus 133  
 prope Sigethum speculato  
 res Turcarum intercepui  
 40  
 Sigismundus rex Sarmatiæ  
 fit dux Lithuaniae 235  
 Sigismundus regulus Tiroli  
 mortuus 183 Tremanus,  
 uir insignis 295  
 Simo Palestinus, Palat. Mo-  
 schouiae intersectus 236  
 Sinopi urbs à Turcis occu-  
 pata 174  
 Solnog arx 16  
 Solis Ecclepsis facta 310  
 solem Indi pro Deo adorat  
 245  
 soles in aere uisi 296 quid  
 portenderint 293  
 Solymannus quando ad re-  
 gnum uenerit, & quādiu  
 regnauerit 124 Christia-  
 ni nominis acerrimus ho-  
 stis 168 proceres sui re-  
 gni conuocat 1 ad bellū  
 parat 78 se ad oppugna-  
 tionē Sigethi parat 100  
 cur bellū contra Cæsarē  
 suscepit 3 bello ipsi in-  
 terest 4 Drauum fluvium  
 traxit 99 tria potissi-  
 mū in uotis habuit 129  
 mittit legationem ad Ce-  
 sarem 17 Transylvanicis  
 auxilia mittit 10 Melita  
 insulā frustrā oppugnat  
 7 quādiu uixerit 124  
 Solymanni natura ib. con-  
 cito corā procerib. sui re-  
 gni 1. 2 res gestae 123 mot-  
 tem stella quādam pro-  
 tendit 301 mors 108  
 mortem Selynius deflet  
 120 cadaver militibus os-  
 stensum 109 mors Chri-  
 stianis proficia 132

I N D E X

- Dymanni cadaver Byzā  
tium uectum 122 sepultu  
ra 121 mausoleum 122  
exequiae celebratæ ibid.  
Solymanno qui dies fæli  
ciores extiterint 102  
rex Transyluaniae munu  
scula offert 79 que cau  
sæ ad bellum Pannonicū  
impulerint 3  
in Solymanno fidei integri  
tas 126  
Sophoelis insigne dictum  
230  
Sopronium oppidū in Hun  
garia citeriori 6  
spira urbs Germaniae 46  
spiræ comititia habita 315  
stabularius puer, Augustæ  
uxillū integrū naclus,  
pro quo singulis annis  
100 florenorum daba  
tur 65  
Stella in caelo die uisa, quid  
significauerit 299 can  
dida in Hungaria uisa  
301  
Stephanus Bamphi mori  
tur 310
- Stephanus Bathorus ora  
tor ad Cæsarem mittitur  
18 à Cæsare dimissus 35  
Stridon oppidum in Hun  
garia 6  
Strigonium metropolis in  
Hungaria citeriori ib.  
eur à Cæsarianis non sit  
obfessum 92.93  
Styra urbs 76  
Suecia, at Daciæ regibus  
iniungitur, ut arma de  
ponant 63 rex, omnes  
proceres regni ipsius ad  
conuicuum munitat, om  
nesq; interimere consti  
tuit 229.230 regis im  
manitas & tyrannus 228  
rex toto regno exut 230  
rex Ioannes electus 229  
seditionis author q 228  
inter Sueciæ & Daniæ re  
ges, bellum 227  
Suetorum rex Cæsari gra  
tias agit 50  
Supplex libellus principi  
Parmesi à Geusis obla  
tus 188 eiusq; tenor ib.  
missus ad Hispanū 202  
in Sy-

## I N D B . X.

In Syriam Turcarum Imp.  
classem mittit 158

T

Tatta oppidū, olim Theo  
datum dictum 86 ob-  
sidetur à comite Salmē  
si ib. expugnatur 88

tattæ expugnatio, Turcis  
longè grauissima 99  
ex Tatta Cæsarianis pluri-  
mū damni inferuntur 86  
tauam quid Turcæ appell-  
ent 118

teius fluvius 75  
temesa fluu. Hungariæ 12  
temesiar oppidum in Pan-  
nonia 19  
temesuariensis præfectus,  
Pantotam arcem expu-  
gnatib quoddam op-  
pidum iuxta Agriam  
ditionem occupat 154  
ferè inter seclus 30

terra Florida, quo ad Chri-  
stianos peruerterit 238  
in qua plaga mundi ia-  
ceat ib. à Gallis inhabi-  
tata ib.  
terre Floride incole uelo

cissimi 266 descriptio  
e incolarum more, ue-  
stitus, & alia huiusmo-  
di 266  
in Terram Floridam ex  
Gallia, quæ sit optima  
nauigatio 241  
in Terra Florida flauiorū  
nomina 260 Galli pse-  
dia relinquunt 265 pro-  
pugnacula à Gallis e-  
recta 264  
terræmotus in Cambria  
294 Florentia 293  
in Ethruria ib. horribi-  
les Ferraria 289 unde  
fiat, uariæ rationes 293  
quot numerati sint Fer-  
rariae 291 diuinus fie-  
ri 244 Ferrarienses  
præcesserint 289  
tetheppo duce, uictoriam  
Olympijs 316  
teufelus præfctus militum  
Bohemorum 935  
teutonici ordinis summa  
dignitas ad Albertum  
Brandenburgicū trans-  
fertur 58  
teuo 2

I N D E X.

- |                             |                            |   |
|-----------------------------|----------------------------|---|
| teutonici magistri prufi-   | tirnatiua oppidum          | 7 |
| am inquadunt                | tokayum à Ferdinandō oc-   |   |
| teutonicorum equitumma-     | cupatum 13 à Ferdinando    |   |
| gister diploma à Cæsa-      | nando, cuidam regulo       |   |
| re accipit 57 equitum       | ex familia Scheredorū      |   |
| ordo unde initium ha-       | datur 13 à Lazaro          |   |
| buerit                      | Schuedio obſeffum ibi,     |   |
| ibid.                       | deditione capitur 15 ob-   |   |
| thadeus Manfredi author     | ſidetur à Transyluano      |   |
| conſpirationis in pon-      | 142 obſidione à Trāſyl     |   |
| tificem Romanum 278         | uano ſolutum 143           |   |
| theſchini loc⁹ in Slesia 26 | tokayi arcis deſcriptio 14 |   |
| thomas Cottomus Cæſari      | 142 arcis præfectus oc-    |   |
| auxilio uenit 91 Smi-       | ciditur 15                 |   |
| thus Cæſari auxilio cō-     | tolofani motus prope An-   |   |
| tra Turcam uenit ibid.      | tuerpiam excitant 214      |   |
| Fliscus uir insignis An-    | tornacense oppidum capi-   |   |
| tuerpiae motus fedat        | tur à Norehermo 211        |   |
| 216. 217                    | in Tornacensi oppido mo-   |   |
| thordæ comitia indicta      | tus exorti 221             |   |
| 70                          | traſius fluuius 77         |   |
| thraunus fluuius            | transyluania olim Dacia    |   |
| 76                          | dicta 8                    |   |
| ad Thrinum oppidū Tur-      | transyluaniae deſcriptio 8 |   |
| carum cædes                 | fertilitas 9 ciuitates 8   |   |
| Tibiscus fluuius in Hunga-  | rex Salmarum oppidū        |   |
| ria ulteriore               | obſidet ibid.              |   |
| 7.12                        | transyluaniam Scylha in-   |   |
| tiffenbachius consiliarius  | festant 143                |   |
| Cæſaris ad Turcarum         | d de                       |   |
| Imperatorem mittitur        |                            |   |
| 135                         |                            |   |

I N D E X.

- de Transyluania Bonfinius quid scribat 9  
 in Transyluania quedam oppida à Velchiore Balasso occupata ibid transylvanicus legationem ad Cæsarē mittit 18  
 scribit proceribus Hungariae 67 à Scythis in oppido Vardinia obfensus 43 oppidū Hadader expugnat 10 ex Varaadino fugit. & Scytharum multa millia interficit 143 ferè globo intersectus 30  
 transylvano à Solymanno suppetitiae missæ 10  
 transylvanicī à Cæsarianis fugantur 11 Erdeū oppugnant 22 deditio ne capiunt 25  
 transylvanicorum clades iuxta oppidū Erdeū 23 inter Transylvanicos & Cæsarianos cōflictus 154 ex Transylvanicis copijs mul ti interficti 11.12 multii interficiuntur 27  
 treuirensis elector Augustus proficisciatur 56 mittit legatos ad Cæsarē 131 magnus epistolarum magister pro Gallia 43 tribisondæ urbs occupata 174  
 in Troppesi colloquio quid statutum sit 136 ischacatum arx Nicolai Serini 105 tscholtku castellum igne incensum 79.115 tunetani belli depictabistro ria 317 turca se ad expeditionē pā nonicā parat 5 classem ornatā in Syriā mittit 158 turcæ in Cæsarianos irrunt 113 sub specie pacis mūta loca in Pānonia in se riori occupat 19 ad Carponā oppidū 40 messores abducunt 93 à Nicola Serino fugantur 73 undationib. impediuntur 17 à Cæsarianis clam interficti 94.112 per insidas interficit 20 Pā nonicā

- nonicis multa dāna in-  
 ferūt 74 à Cæsarianis  
 in oppido Tatta ad unū  
 interficti 88 laboris pa-  
 tiētissimū 159 Chiu insu-  
 lā occupati 176 Cæsaria  
 nos p infidias inuadūt  
 85 S. Michaēlis arcē &  
 oppidū oppugnat 169  
 Byzatiū proficisciūturi  
 turcarū Imp. nmitit legatos  
 legatos ad Cæsare 157  
 de nouo se ad bellū pa-  
 rat 154 sepultura 119  
 exercitus præcipi præ-  
 fecti 325 copiæ 113 regi  
 splēdida munuscula à  
 Cæsare missa 155 exer-  
 citus in plures partes di-  
 uiditur 83 ingēs potētia  
 159 discipina militaris  
 159 natura ibi obsequi  
 um erga regē suū 159  
 mores in castris ibi ala  
 critas ad bellū 4 celeri-  
 tas in agēdo 159 copiæ  
 in uniuersum 40 milii-  
 tum strenuas in oppu-  
 nati one Melitensi 166  
 interfectorū in Sigithi
- expugnatione numerus  
 133 in oppugnatiōe Me-  
 litensi 168 in bello Pan-  
 nonico 133 immanitas  
 116 p̄fidia 112 immani-  
 tas in Chioinsula 178 cæ-  
 des 30 33 clades p Archi-  
 duce Carolū 116 imma-  
 nitas erga incolas Albæ  
 régalis 38 clades prope  
 Thrmum oppidū cædes  
 33 in bello Pánnonico 133  
 excursiones prope Iulā  
 & Lauarinū 74 116 p  
 oras maritimas Neapo-  
 lis 179 iuxta Iulā 18 19  
 prope Lauarinū 41 133  
 in Turcarum castris quid  
 Georgius Huffotoius  
 obseruavit 160 161 pe-  
 nuria rei frumentariæ  
 116 117 quidem Pan-  
 nonicus quatuormira-  
 cula obseruat 160  
 à Turcis super Drauū fluui-  
 um pons factus 98  
 turcica classis Melitā uenit  
 168 in Chium insulam  
 uenit 162

I N D E X.

- turcicæ classis copie in op-  
pugnatione Melitensi  
168
- turcicus orator missus ad  
Schuendum 34
- V
- Vadenhoffum urbs Au-  
striæ 76
- ualétianum à Norchermo  
obfessū 209 obfidence  
folium 216 denuo ob-  
fessum 211 expugnatū  
212
- inValéttiana urbenoua for-  
ma fidei instituta 209
- ualétiani expugnantur 212
- proscripti à Parmensi  
ducissa 210
- ualentianus deditio persua-  
ditur 212 nobilitas Bel-  
gica auxilia mitit 210
- inter Valentianos & pon-  
tificios pugna 212
- ualeria regio, hodie Sti-  
ria 32
- ualétianus Melitensis mili-  
tia præfectus implorat  
opem principum Chri-  
stianorum 171
- uandeburgus Bruxellat  
proficitur 186
- uaradimum oppidum 7
- uaradimum oppidū à Tur-  
cis obfessum 143
- uaticinium de inforūmij  
Neapolitan regni tem-  
pore Caroli VIII Gal-  
liarum regis 212 de ca-  
lamitatibus regni Gal-  
liae 311
- uayuoda scribit procerib.  
Hungariæ 67
- uerdunum olim oppidum  
imperiale 47
- uerona urbs à Gallis ob-  
fessa 131 aquarum in-  
undatione ualde deu-  
stata 287
- uentus horridus & rapidus  
Mantue exortus 188
- uesarius dux Ferdinandum  
filium Philippi regis His-  
paniarum in baptisma  
te ad templum desert  
317
- uesperinum obfideatur à Co-  
mite Salmenſi 84 oc-  
cupatum à Casaria-  
nis


I N D E X.


- |   |     |  |
|---|-----|--|
| nis   | 85  | uilna metropolis Lithuaniae  |
| uesperini expugnatio Turcis longe gravissima  |     | 332  |
| uia Emilia Terræmotu cōcussa  | 293 | à Vilna ad Smolencum   |
| uiana arx à Brederodo postulata   | 213 | quot sunt millaria 232   |
| uianenses legatos mittunt ad Parmensem ducem  |     | uinarienses principes à Cœ   |
| 219 Henrico Brederodo deslitiū, cum Norcherno passionem agunt   | 219 | fare diploma accipiunt 66  |
| uienna olim Flauiana dicta  | 76  | inter Vinarienses principes dissidia exorta 50                     |
| Imperialis sedes  | 76  | vincelaus Austriacus successor Ferdinandi filij regis Philippi 319 |
| uiennæ descriptio   | 67  | uitan oppidum à Turcis occupatum 144                               |
| uiennæ Cæsaris Ferdinandi exequiae celebrantur  |     | ulma urbs Germaniae 46   |
| 25 conuentus habitus per Archiducem Carolum 69 134 publicæ supplicationes institutæ 90. 89 de pace inter Tuream & Cæarem agitur | 38  | ungnar oppidum Turcæ oppugnant 11                                  |
| uienensis conuentus articuli & capita   | 134 | uormatia urbs Germaniae 46   |
|   |     | uratislauenses Cæsari suppétias mittunt 96                         |
|   |     | urbes Italæ mittunt Cæsari suppetias contra Turcam 82              |
|   |     | VSchoti à Dalmatis quidicli 90                                     |
|   |     | uellerus vir pugnax & impiger interficitur 23                      |
|   |     | dux Cæsariani exercitd 3 148                                       |

I N D E X.

- |  |       |  |
|--|-------|--|
| eus  | 11    | xerxis Persarum regis co-                          |
| euelleri uirtus & animositas in aree Erdeo                     | 24    | piæ. quibus inuasit Græciam                        |
| euillardunus cum suis copijs Tattam oppidum                    |       | 134  |
| conscendit   | 87.88 | inter Xerxem. Persarum regem, & Leonidas           |
| euillarduni uirtus & strenuitas in oppugnacione Tattæ oppidi   | 88    | Spartanum præliu                                   |
| euirtembergius dux mittit legatos ad Cæsarem                   | 131   | Y  |
| euilhan castellum à Turcis incensum                            | 89    | Ypsius fluuius Austriae                            |
| euolfgagus Palatinus Neuburgi Cæsari auxilia cōtra Turcam fert | 97    | Z  |
| uxor in Gallia peperit Geminos quarum corpora coniuncta erant  | 302   | Zacharias Grumbergus unus ex capitaneis Cæsarianis |
| uxor uno partu quinq; geminos peperit                          | 303   | zaccharum in India nascitur                        |
| X  |       | zaduarum oppidum occipatum à Schuendio             |
| Xenodochium Christiani peregrinis Hierosolymis instructum      | 57    | 149  |
|  |       | zagraba caput Sclavoniae                           |
|  |       | zazynthi insulae incolæ in humanissimi             |
|  |       | zeiffelmaur castellum sic dictum nunc Creto        |
|  |       | zuisij legi literæ ad processus Hungarie           |
|  |       | 68   |

F I N I S.





PETRI BI-  
ZARI DE BELLO  
PANNONICO  
LIBER.



Vum Sultanus Soly-  
manus, Turcarum Im-  
perator, uideret, For-  
tunam in re nauali pa-  
rum sibi secūdam ex-  
titisse, quin etiam suis  
optatis penitū aduer-  
satam, indeq; accidis-  
se, ut Melitenfis oppugnatio exitū habue-  
rit, longe diuersum ab eo, quem omnino  
existimārat, spem conceperat fore, si ad ter-  
restres copias animum adhceret, eundem,  
que olim sibi sāpē in eis fauerat, nunc etiā  
uultu immutato, sua incæpta, & conatus  
omni ope, atq; auxilio promoturam. Con-  
uocatis itaq; purpuratis, atq; proceribus,  
quorum consilio, ac uirtuti magis fidere  
solebat, cœpit cum eis colloqui, & oratio-  
ne altius repetita, ostendere, nimis grauem  
notam inuri suæ dignitati, atq; iniuncte po-  
tentiae, si ita socordia torpescerent, fractisq;

AA

ac

## 2 PETRVS BIZARVS

atq; inuictæ potentie, si ita socordia torpe-  
scerent, fractisq; ac demissis animis essent  
ob ea, quæ sibi ad Meliten infeliciter an-  
tea successere: quarum rerū culpam omnē  
in aduersam, & iniquā fortunā iure meri-  
tō trāsferebant. Si n. hęc cōcessisset, oppor-  
tunè aduchi cōmeatus, unde lassi milites  
aliqua ex parte refici, & recreari potuissēt,  
res profecto longè aliter cecidisset, præser-  
tim cūm arcem Sancti Ermetis, longè mu-  
nitissimam, quamq; nullo modo prius ca-  
pi posse arbitrabantur, iam uī expugna-  
fent. Quocircā, si classe sui augusti, felicisq;  
imperij terminos, unius paruæ insulæ ac-  
cessione dilatare nequiuferit, pedestri exer-  
citū, cui ipsemēt omnino intereste statue-  
ret, illud tam longè lateq; ampliare, quod  
ipse potius gloria, quam annis onustus,  
neutiquam uereretur, quin fieret immor-  
talis, ac æternus: quinetiam sibi persuade-  
bat, pspero huius belli euentu, se, uitæ suę  
plurimos annos additurum, uel, si saltē na-  
tura finem uitæ faceret, in summa nomi-  
nis claritate, ac in signi, & glorioſa uicto-  
ria, ex hac uita emigraturum. Proinde in  
animo subinde habebat, copias in Panno-  
niā deducere, omnemq; illam regionem  
armis inuadere, cuius quidem rei, & si iam  
fermē omnes putabant, illum nullo am-  
plius

*Arx sancti  
Ermetis ex-  
pugnata.*

## DE BELLO PANNONICO

plus desiderio teneri, quin potius omnem cogitationem aliquot fam annos abiecisse, id tamen semper in intimis eius precor- djs figebatur. Præter quam enim, quod obliterada erat illa macula, & ignominia, Causæ, quæ quæ in mari suscepta uidebatur (quod fa- Solymannum nè illius animum nimis alte pungebat, & ad bellum cruciabat) indignum etiam censebat sua Pannonicum potenti dextera, conniuere, ac toleran- impulerint.

ter ferre, Maximilianum II, simul atque Christianæ Reipublicæ imperium adeptus esset, tributum sibi à Ferdinandō Cæsare quotannis traditum, denegasse: Quod si hoc pacto suam is dignitatem tueri, conseruare quicquid annitebatur, quanto magis eam ipse iniunctus Imperator, Sultanus Memphiticus, rexque omnium regum ab ortu usque ad occasum, tueri, & conseruare debuisse? Altera causa, quæ illum ad hoc impellebat, fuit, quod audierat, Maximilianum, quædam loca Pannonie sibi occupasse, ac etiam nonnulla, quæ ad Transylvanianum pertinebant, qui ad suam open atque auxilium confugerat, quemque ipse ad illud usque tempus non modo sustentarat, sed regia quoque dignitate, atque opibus ornarat, nec solere Othonanos Imperatores, illos unquam deserere,

AA quo-

quorum clientelas uel semel suscepissent.  
Ob his igitur causas, de his omnibus con-  
sultarent, quæ ad huiusmodi prouinciam  
obeundam, opportuna, magisq; necessaria  
cognoscerent, utq; magis eorum animi ac-  
cenderentur, addebat, se quoq; ad eam mi-  
litiam itarum, quò tandem Viennam bis  
priùs à se oppugnatam, suæ ditioni adiun-  
geret. Audita Solymani oratione, Purpu-  
rati, ac reliqui dynastæ, uehementer assen-  
sisunt, & ingenti plausu, ac lætitia, illius  
uerba excepérunt, quippe qui, cùm neque  
regnandi amplitudine, aut generis nobili-  
tate: sed sola rei bellicæ præstantia, & uirtu-  
te, clari apud eum, & illustres euadant, suas  
curas, & cogitationes ad nullū alium sco-  
pum dirigunt, quam ut his gradibus præ-  
cipuum authoritatis, ac honoris locum, a-  
pud eum obtineant. In hac uero senten-  
tia tanto alacrius confirmabantur, quod  
ab eo audiuerant, ipsum etiam huic bello  
interfuturum. Nec enim facile dici potest,  
quantoper illorum animi ad præclarè a-  
gendum, sui Principis præsentia inflam-  
mentur, adeò, ut nemo ante ipsius oculos,  
ullum genus periculi, nec mortem ipsam  
expauescat. Proinde sperabant, se una cum  
spolijs, ac uexillis eorum, qui Christiani ap-  
pellantur, ouantes Byzantium reddituros.

Itaq;

Iraq; probato Solymani consilio, statim, quæcumq; tanto bello usui forent: summo studio, ac diligentia procurarunt. Quoniā uero inter causas, quæ Turcarum Imperatorem ad hoc bellum impulere, dictū est, hanc etiam unam extitisse, uidelicet, quædam loca in Pannonijs occupata, & quædam alia, quæ ad Transylvanianū spectabant, non ab re fore uidetur, si breuiter hi c̄recens fuero, quæ post Eerdinandi obitum, in illis prouincijs euenerunt. Cæterum, quia de Pannonicis rebus, & Transylvanicis, præcipuus hi c̄ mihi sermo habendus est, utriusq; regionis situm, & naturam, ex veterum, & recentium scriptorum testimonio, addendum censui, quod lectori ea omnia, de quibus hi c̄ agerunt, facilius innoscant.

Hungaria, quæ nomen ab Hunnis, uel *Hungarie* Hungaris populis ex Scythia profectis, q̄ *descriptio*, eam incolunt, habere constat, Pannonias, & ultra Danubium, lazigum, & Dacorum regionem ferè omnem occupat. A' Drauo ad meridiem sumit initium, à Septentrio- ne Sarmatis, quos Polonos, & Getis, quos Vualachos dicimus, terminatur, ab occasu Austria habet, superioris quondam Pan noniæ caput, ab oriente, Mysiam, quam Rhethianam nunc appellant. Danubius

omnium, quos Europa habet, fluviorum  
maximus, medium interfluit, atque in par-  
tes, nempe in citeriore, & ulteriore scin-  
dit. Citerior est ea, ubi olim Pannonię fue-  
runt: haec ab ulteriore Hungaria, Danu-  
bio, ab Austria, & Norico, radicibus Cecij  
(sic olim dicti) montis: à Sclauonia, Dra-  
uo, à Bosna, & Rascia, Sauo, fluminibus ter-  
minatur. Huius citerioris Hungarię caput  
est Buda, Regni sedes. Nobilita in ea op-  
pida. Alba Regalis, coronatione & sepul-  
tura regum insignis. Strigonium metro-  
politana. Quinque ecclesiensis, quondam  
episcopalis sedes. Præterea Sopronium,  
Iauarínum, Sabaria, & Stridon. Flumina  
in eo multa nobilia. Lacus habet duos no-  
bilissimos, Balaton, & Fertou. Huic citerio-  
ri Hungarię, ubi Drauum transieris, anne-  
xa Sclauonia est, pars olim Pannonię su-  
perioris inter Sauum, & Drauum, posita,  
sed Sauum longe transgressa, etiam usque  
ad flumen Hunam (hoc enim illi nunc est  
nomen protensa, ubi Croatia incipit, post  
quam Dalmatia sequitur, per oram Adria-  
ticī maris, quæ partim Veneto, partim  
Turcæ paret, minima eius particula est re-  
gi Hungarię subiecta. Loca mediterranea  
Boznenses tenent, & Rasciani, qui olim  
Mesi superiores fuerunt, Sclauonię ca-  
put

## DE BELLO PANNONICO

7

put Zagrabia est. Croatiæ nunc Bigihon est, antea Fumium erat. Ultra Danubium Hungaria mōtibus Carpathijs supra Posonium incipientibus, & longissimo fle xu ad littus Euxini maris porrectis, à Moravia, Sclesia, Polonia, & à Russia distin- guitur usque ad eum locum, ubi regio est, quam Maromarusiam vocamus. Ibi iam alij montes, & sylvae ab eo loco Iauarinum uersus tendentes, à Transylvaniam, & Vualachia Transalpina separat. Hanc ulteriorem Hungariam, Tibiscus fluuius pisco- fissimus, in mōtibus Maromarusijs ortus, medium interfluit. Hæc Hungaria habet oppida nobiliora ad Septentrimonem, Posonium, Tiraniam, &c. Ultra Tibiscū, Varadinum, Debrecinum, cum fodinis auri, & argenti, Iauarinum. Incolæ Scythica lingua utuntur, ab omnibus finitis diuersa. Nulli regioni terrarum cedit hominum labore, pecorum fœcunditate, ubertate soli, ac metallorum copia. Cœli præterea benignitate, ac pulchritus dñe situs, omnibus orbis regionibus suo iure potest anteferri. Tellus rerum omnium copia à natura donata, ubi aurum, argentum, sal, lapillos, colores effodere licet. Frumenti, pabuli, leguminis, & pomorum abundatia præstat. Neque deest

AA 4 copia

copia piscium, & cupri conjectura, in plerisq; fluminibus auri optima ramenta inueniuntur, quin & in uitibus, in aurifero solo satis, aurum quandoq; legunt: Hęc modo de Pannonia.

*Descriptio  
Transylua-  
niae,*

Quod uero ad Transylvanianam spectat, hec regio ultra Danubium longe lateq; patet, veteres Dacos, & inferioris Mysiae parte, extinctis priscis nominibus occupat: Eius caput, Alba Iulia, uel à Julio Cæsare, uel ab Herculio potius quodam Hunnorum principe ita dicta. Cæterum paucæ urbes, oppida uero complura, non obscuri nominis, in quibus Cibinium, Brassouia, Colosiu, Bistricia, & plura alia à Germanis, quos nos Saxones appellamus, condita, & habitata, nec rara passim edificia cernuntur. Eius solum uarijs in locis auriferos surculos, & glebulas aureas passim gignit. In universum armentorum diues est, & militarium equorum ferax. In ea sunt Siculi, genus hominum ferox, & bellicosum, inter quos nullus, necq; nobilis, necq; rusticus, omnes eodem iure censentur. Hanc dux cingunt Vualachiæ, Transalpina, & Moldavia, illa Danubio, hec mari Euxino admodum. Vtracq; cum Transylvania eam Europe nunc occupat partem, que olim Dacia erat. Sic totus iste tractus Transdanubialis, qui non

## DE BELLO PANNONICO.

9

non solum Hungariam ulteriorem, sed Transylvanianam quoque cum utraque Vualchia continet, Danubio, montibus Carpathijs, Mari Euxino, & rursus eodem Danubio ex omni parte includitur. De hac Bonfinius inquit. Trans montes Carpato extrema Daciæ Regio, ad Axiacem fluuium usque perducta, quam nunc Transylvanianam vocant, pecoris, uini, frumentis, item, auri, & argenti feracissima, ubi amnes nonnulli aurea ramenta ferunt, aurisq; fragmenta quandoq; sexquilibralia trahunt, cum montibus sit undiq; circumsepta in coronæ speciem. In sylvis iubati boues, & uræ, ac sylvestres etiam equi, utrisq; eorum mira pernicitas: at equi iuba sunt ad terram usque demissa. Domesticis est, per se mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Hæc in præsentia de utræ Regione dicta sufficiant. Itaque ad institutum opus reuertamur. Melchior Balassus, inter Maximiliani præfectos, unus ex præcipuis, nonnulla oppida (& si ea non magni momenti) sita in Transylvaniæ finibus, occupauit. Hac iniuria Rex Ioannes commotus, partem suarum copiarum misit ad obsidendum Satmarum, qui locus est in ipsisdem finibus, & quāquam erat sub

AA 5 Cæsa-

Cæsariana ditione, hoc tamen Balassus ex  
Balmarū op- Cæsarīs beneficentia potiebatur. Hunc  
pidum captū Vayuodani ex improviso, atq; incautum  
à Transylua- adorti sunt, atq; oppidum cœpere unā cū  
no. ipsius coniuge, ac liberis, & ipse, licet plū  
bea glande iecus, tamen in columnis evasit.  
In huius autem loci expugnatiōne, huius-  
modi dolo usi sunt. Vesperi, cūm armen-  
ta, & greges illius oppidi, domum reduce-  
rentur, milites, puluere in publico itinere  
excitato, sese pecudibus, ac iumentis im-  
miscuerunt, atq; ita ponti usciniōres facti,  
subito pro filuere, ualuisq; occupatis, ob-  
uios quosq; trucidarunt, atq; ita oppido,  
quod sane cūm natura, tūm opere muni-  
tissimum erat, facili negocio potiti sunt.  
Balassus, ut contumeliam sibi illatam ul-  
cisceretur, Debrezniū, per celebre in Pan-  
nonia emporium, quod Vayuodæ dition-  
ni parebat, diripuit, magnamq; illius par-  
tem incendio absumpſit. Paucis pōst die-  
bus Transyluanici expugnarunt oppidū  
Hādad, eorumq; copiae indies augeban-  
tur, quia Solymanus ad eos miserat supra  
quatuor millia Turcarum, & Moldauus  
tria millia, ipsiq; Hunnis adiuncti, & uiri-  
bus associatis, plurima incommoda Cæsa-  
rianis inferebant. Cœperunt oppidum  
Atiauar, eiusq; præfectum cum uxore, ac  
liberis,

## DE BELLO PANNONICO.

11

liberis, captiuum abduxere. Oppidum quoq; Vngnar obsiderunt, & scalis iā op-  
pugnare incepérat. Huic praeerat insignis  
centurio, Purlstalerus nomine, cum Ger-  
manis militibus, qui hostem aduētantem  
ita represserunt, atq; ita strenue mœnia tu-  
tati sunt, ut ex copijs Transylvanicis circi-  
ter quadringenti, ex Cæsarianis tantum  
quadraginta ceciderint. Rem autem sic  
gestam ferunt. Cum animaduerterent,  
Vayuodam, paucos ex suis producere, qui  
hostem lacerrent, ipsi quoq; se in primo  
certamine cohibebant, donec maior nu-  
merus accederet, moxq; prorumpebant,  
& bellicis tormentis ita eos feriebant, ut  
protinus ab oppugnatione recesserint.  
Cum interim Cæsar hostiles copias auge-  
ri conspiceret, iussit conscribi quatuor  
militum cohortes, quarum singulæ circi-  
ter quingentos milites habuerunt, earum-  
que duces erant Gyllus, Vuellerus, Rei-  
mingus, & Lauembergus, uiri cum gene-  
re, tum re bellica preclarí, qui Norico pro-  
fecti, cum suis copijs Cassouiam petiere.  
Hos deinde subsecutæ sunt duæ aliae pe-  
ditum Germanorum alæ, quarum utrāq;  
habebat ducentos, & septuaginta sclopet-  
arios milites, tumq; simul ex Silesia cir-  
citer quadringenti equites aduenerunt.

Per

*Lazarus  
Schuendius  
preficitur bello  
Transylua-  
nico.*

Per idem tempus profectus est etiam in urbem Viennam, Lazarus Schuendius, quem Cæsar bello Transylvanicō præficerat. Et si uero hyems obstatbat, quod minus tūm fierent maiores belli apparatus, cūm in his locis, brumali tempore, frigora sint asperrima, solumq; altissima niue obductum, ob id tamen Imperator minime cessabat, quæ belli usus requireret, sedulx prospicere, quatenus, & anni tempus pariebat, & rei necessitas postulabat, mīlitique ad exercitum, aliam cohortem pedestrem, & octo ænea tormenta, & cum his, quadringentos milites, quibus duplicatum stipendum annumerabatur, partim, ut bellica instrumenta, diligentet aduehi curarent, partim etiam, ut agminis ducem ruto atque in columem in castra perducent. Diuersa quoque nauigia parabantur, quibus connexis, contabulatoq; ponte, Tybiscum traiicerent. Hic autem fluvius oritur in finibus Sarmatarum, delatusq; per ulteriorem Pannoniam, recepta prius Temesa, haud ignobili flumine, apud Purtachum Danubio miscetur. Dum res ita geruntur, Polonus suos oratores ad Cæsarem legauit, qui ei ostenderent, plurimas esse causas, cur sibi hoc bellum summoperè displiceret, cumquic Transyl-

*Rex Poloniæ  
mittit legationem ad  
Cæsarem.*

## DE BELLO PANNONICO.

Transylvanianus foret sibi arcta necessitudine coniunctus, uelle se, omni ope anni-  
ti, ut ab armis discederet, modo ipse quoq;  
pacatum animum erga eū gereret, & hone-  
sta conditio cum illo transigeret. Horum  
tamen aduentu Cæsar nihil de pristina cu-  
ra, & studio remittebat, quo minus, quæ  
cunque belli usui futura essent, omni dili-  
gētia prouideret, quippe, qui optimè no-  
rat, hostem nihil minus, quam pacem expe-  
tere. Profide nouas, subinde copias deligi,  
easq; ad Schuendum transmitti subebat.  
Is, cùm suprà octo mília hominum instru-  
ctorū iam in promptu haberet, Totayū,  
munitum castellum in Pannoniæ, ac Tran-  
sylvaniae finibus, & in ulteriore ripa pos-  
tum, obsidere constituit. Hic locus antea,  
duce Catamero, & sumptibus Cæsaris  
Ferdinandi, sicut occupatus, quem postea  
dono dederat cuidam Pannoniæ regulo,  
ex familia Scheredorum, cùm is esset egre-  
gia uirtute, ac de ipso quam optimè meri-  
tus. Cùm autem hic fato cōcederet, filium  
reliquit parvulum, & infantem, cuius tu-  
telam in arce habebat Franciscus Neime-  
thus, qui antea tutor pueri, moxq; tyran-  
nus effectus, ad Transylvanianum confuge-  
rat, sc̄p in eius fidem, & clientelam com-  
miserat.

miserat. Is itaque de oppugnatione certior factus, priusquam hostis aduentaret, suas fortunas, coniugem, & pupillum ex arce abduxit. Hanc Schuendius Pridie Non. Februarij, Anno ab orbe redempto, supra quingentesimum, atq; millesimum sexagesimo quinto, cum tribus ac triginta maioribus tormentis oppugnare incœpit. Locus ipse natura, & operæ communitur. Nam cingitur præaltis mœniibus, ac duobus fluuijs undiquaque altuitur; id est, Bodrogo, ac Tybisco, unde per omnia loca finitima potest fieri maxima exundatio, & hostis arceri ab ingressu, arcere longe munitissima, circumvaliatur. In ea oppugnatione, bellica tormenta sic aptabantur, ut oppidum, atque arx utrinq; pateretur, hisq; duplii inuasione, protinus aggredi, ac uineæ disiectæ sunt. Opportune autem contigit, ut magna tūm glacie veteri fluuijus rigeret, nec tamen is locus expugnari potuisset, nisi Cæsariani nocturnis fossorum laboribus sibi aditū ad mœnia parauissent. Manè, in albescente cœlo, aduersarij ex castro ad lœvia prælia sunt egredi, & in his, plurimi utrinque uulnerati sunt: ex nostris autem circiter centum desiderati; sed tamē haud multō post, in

## DE BELLO PANNONICO.

79

in oppidum reieoti. Dum itaque sic mutuis conatibus certatur, milites praesidiis, cum se tandem post ualidam oppugnationem, in magno discrimine conipicerent, illico de ditione facienda cogitarunt, & misererè ad Cæsarianos, qui eum locum passionibus traderent: At ipsi eas admittere noluerunt, quin potius è uestigio scalis ad motis, ui per aggerem irruperunt, ac exteriorem locum arcis occuparunt. Restabat pars interior, atque in medio posita, illam, quæ statim summa ui, & conamine aggressi sunt. Obsessi aliquandiu se intrepide, atque acriter defenderunt, & ipse quoque arcis praefectus, in muro strenue pugnabat, nihilq; omittebat, quod ad fortis uiri, ac boni ducis officium spectaret. Dum autem seipsum, ac suos impigre tuetur, multaçp incommoda oppugnatoribus interfert, hac, & illac excurrens, ut suis auxilio adesset, globulo æneo traiectus, repete occubuit. Duce amissio, milites animo consternati sunt, & protinus ditionem facere statuerunt. Conditiones autem fuere, ut incolumes dimitterentur, secumq; arma deferreret. Hoc imperato, statim ex op- Tolayū dē-  
ditione capie- pido egressi sunt, idq; fuit à quarto die op- tur.  
pugnationis, nec ultra duos impetus susti-  
nuerunt. In eo, inuenta sunt plurima uarij  
generis

generis tormenta, magna penuarij comedatus copia, & plura alia, q̄ nostris haud paruo usui extiterent. Præfecti demortui cadauer ad uxore transmissum est. Erat Nemetho aliud castellū, nomine Seretschinū, qd etiā ab iisdē paruo negotio expugnatū est. Turci arcem habebant, non procul à Cæsarianis, quā incolae Solnog appellant. Inde semel egressi sunt, ut hostium uires, & consilia specularentur. Agrienses milites, re comperta, ex insidijs eos inuaserunt, & acrī utrinque certamine dimicatum est. Nostrī tandem superiores fuerunt, moxq; Agriam, allatis secum trecentis hostium capitibus, quæ ab humeris detruncata fuerant, rediēre. Vayuoda interim, oppidum Salmarum occupauerat. Sed ut hostibus, fermè omnia prosperè succedere, nec sibi, ulli præsidio, aut emolumento fore animaduerteret, si eo diutiū potiretur, igne succendi iussit, indequē statim cum suis copijs recessit, atque hinc factum est, ut illud Cæsariani citra cruentum denuo recuperarent, breviq; ab eis instauratum sit. Locus ipse natura munitur, facetq; in ipso fere aditu Transyluaniae.

Interim Schuendius, Tybisco per glaciem emenso, unius diei obsidione, oppidum,

dum, Erdeud patria uoce nuncupatum,  
expugnauit, quod quidem Ferdinandus  
Cæsar, antea sæpè sibi obtingentes, quos  
habet redditus; optaret. Hi enim planè  
ducales feruntur. Hisdem diebus per ma-  
gna Barbarorum manus ad Budam perre-  
xerat, ut se Transylvanianis adiungeret. Ve-  
rum tamen haud modicè impediabantur  
exundationibus, quas post hyemem cum  
Ister, tūm reliqui amnes Pannoniae fece-  
rant, idque nostris maximo adiumento  
fuit: Porro asperrima, serequie inaudita  
frigora tūm extiterant, cumquie tandem  
glacieis, qua fluij erant concreti, dissolue-  
retur, niuesque radjjs solaribus liquefie-  
rent, tota ea regio ferè aquis exundabat,  
nihilque, præter undas cernebatur, adeò  
ut iam fermè omnes timere inciperent, ne  
Deucalionis tempora redijssent. Ut uero  
interim ad Solymatum reuertar, is quam-  
quam & militaribus copijs, & pecunia  
Transylvanianum adiuuare, ac etiam ipse-  
met in Pannoniam proficiisci statuerat, ut  
nihilominus hac ratione Maximiliano im-  
poneret, eiusque miles exhauroratus, do-  
mum rediret, Marcum Cibiniensem ex Solymano  
Transylvania oriundum, & qui ad Ma: mituit legati-  
humeri sacra olim descuerat, cuiusque onem ad Cæ-  
sare propter linguarum peritiam, & lin-

BB gularem

gularem prudentiam, aliás in legationibus obeundis fideliter usus erat, ad eum transmisit. Mandatorum summa hœc fuit, ut Cæsarem ad pacem cohortaretur. Illic etiam paulò antè aduenerat Orator Vayuodæ, cui nomen erat Steffanus Bathorus, & Legatus Sarmatus, missus de eodem negocio, uti suprà commemoravimus. Schuendius de his Oratoribus certior factus, Cæsarem subinde per fidèles nuntios adhortatus est, ut, antequam de compositione cum his transigeret, omnia sedulò perpenderet, sc̄q; omnino uereri, ne sibi (uti postea euentus declarauit) pax uerbis tantum, re autem, bellum longè aspernum denunciaretur, eaçq; omnia paratusq; armis inuaderetur. Interim Cæsar, ne omnino à transfigendæ pacis negotio, quod tūm præ manibus habebatur, alienus esse uideretur, omnibus oppidorum, atcq; arcium præfectis, quam seuerissimè iniunxit, ne quispiam eorum, aliqua iniuria hostem afficeret, quod tamen ab eo neutiquam obseruabatur. Dum enim Viennæ de dissidijs componendis, deque aliqua honesta, & equabilis conditio ageretur, plurima damna his Cæsarianis, qui erant in inferiori Pannonia, infere-

bantur, & iuxta Iulam, plurimæ incursio- Turcarū ex-  
nes fiebant, eoq[ue] aduenerat præfectus cursiones iux-  
Temesuariensis (id autem oppidum, uul- ta Iulam.  
gō Temesuar, ab flumine Temesa præter-  
labente, nomen accepit) cum sex milli-  
bus uitorum pugnantium, & ad eum duo  
maiora tormenta, & octo minora, trans-  
missa sunt, quibus, arcem Pantotam ob-  
sedit, eamq[ue] breui expugnauit, moxq[ue]  
occupauit duo alia castella propè Iulam,  
quorum nomina erant Iene, ac Desme,  
idq[ue] tantum eo consilio fiebat, ut in-  
de facilior sibi aditus foret ad expugnan-  
dam Iulam. Ad Transyluanum autem  
indies maior numerus Turcarum con-  
fluebat, iamq[ue] sibi iustum exercitum  
parārat. Dū. si hæc fierent, nostri propè  
Sigethum eruptione facta, ferme ducen-  
tos ex his, quos Rascianos vocant, in-  
terfecerunt, duosq[ue] ex illorum ceatu-  
rionibus captiuos abduxerē, cumq[ue]  
iam essent in redditu, & secum captos ab-  
ducerent, equites ducenti numero, su-  
peruenēre, qui eos repente aggressi, ma-  
gna strage affecerunt, adeo ut ex Cœfa-  
rianis, qui sexcenti fuerant, uix duo in-  
columes evaferint. Id uero accidit, ab Nostrī cœdūs  
sente Nicolao Serino, qui paucis ante iurabsente  
diebus, ob quædam gravia negocia, Serino.

se ad Cæsarem contulerat. Schuendius  
interim, in eo totus uersabatur, ut Satma-  
rum oppidum, quod à Transyluanis in-  
censum, ac derelictum diximus, omni stu-  
dio reficeretur, ipsequē uel primus opeū  
instabat, quo reliqui eius exemplo adacti,  
tantò alacrius laborem, atque industria  
impartirent. Nunc, priusquam ulterius  
progrediar, postquam in Schuendi men-  
tionem incidi, locus me admonet, ut pro-  
pter uiri claritatem, aliquid de ipsius na-  
tura paucis enarrem. Hunc ergo (prout  
mihi ab hominibus, fide dignis, relatum  
est, quiq̄e cum illo s̄aepe collocuti, &  
familiariter hūc usque uersati sunt) in pri-  
mis ob eximiam eruditionem, & singu-  
larem prudentiam, uehementer commē-  
dari audio, eumq̄e dicunt in singulis  
actionibus militarem quandam, & herois  
cum animū præ se ferre. Ajunt præ-  
reà, hunc bellicæ disciplinæ perstudiosum  
esse, modisq; omib; annī, ut singulis  
centurionibus, ac militibus debito tem-  
pore stipendia numerentur, eosq; à præ-  
da, & rapinis arcere. Si qua rixa, & simul-  
tas in castris oriatur, & aliis alium ad pu-  
gnam prouocet, hunc ferunt, leuerè in-  
iungere, ne quis eam facile dirimat, sed u-  
trumq; tandiu in certamine pati, donec al-  
ter

ter occubuerit. De illo autem, qui prius iniuriam intulit, statuere, ac iubere, ut extra castra propellatur, eaçq; seueritate fieri, ut plurima dissidia, & lites amoueantur. Quod uero ad munera, & largitiones attinet, constat, illum in hac re omnino incorruptum animum gerere. Nihil deniq; aut certè perparum, ueredarijs, confidere solitum: at in grauibus rebus, certos homines ad Cæsarem destinare, qui suo nomine cū illo agant, semperq; ad id optimos quosq;, ac fidissimos eligere. Seuera quoq;, & graui pæna constituta, omnibus præcipere, ne quispiam scribat, uel alicui patefaciat, quæ in castris gerantur. Hæc, & pleraque alia huiuscemodi, de hoc illustri uiro narrantur, quæ nunc, breuitatis causa prætereo. Ut uero ad inchoatum opus reuertar, milites Cæsariani, dum oppidum Salmarum instaurare satagunt, ac in opere perficiendo assidue uersantur, Vayuodiani, cum Turcis appropinquarunt, ut munimenti restaurationem impedirent, & uincinum quendam locum occuparunt, qui eis ad expugnandum Salmarum, ualde opportunis uidebatur. At Germani, hoc percognito, summa celeritate illos adorti sunt, manusq; conserentes, ad septem signa hosti adempta, in sua castra retulere.

BB 3 Hostes,

Hostes, aut cœsi, aut in proximo flumine  
submersi, dum repentina, & præcipiti fu-  
ga se in columnes cōseruare cupiūt. Schuē-  
dius his peractis, ex oppido receſſit, ibiç  
pro loci præſidio, Erasmus Magerum cē-  
turiorem relquīt, & ipſe mox uersus Cal-  
ſouiam contendit, ut quæ ad bellum su-  
ſtinendum necessaria uidebantur, ſed uolūt,  
atque opportunè proſpiceret, cum'ç ſub-  
inde maiora pericula instare animaduer-  
teret, ſc̄ç non ita uiribus, & armis com-  
munitum, ut rei neceſſitas poſtulabat, a-  
pud Cæſarem pro nouis præſidijs inſta-  
bat, breuiç poſt, ad eum transmissæ ſunt  
quinque peditum cohortes, quibus Io-  
annes Vuernherus à Reÿtnauu, cum Im-  
perio præerat, & aliquot murales machi-  
nae, & ſingulis equis harum uectoribus, li-  
tera M. fuit iuſta, ne auriga, dolo (ut ſæpè  
uſu euenit) equos bonos diuenderet, aut  
clam in alios uſus uerteret. Suprà nar-  
ratum eſt, oppidum Erdeum, quod qui-  
dem non procul Saſmaro abeſt, à Cæſa-  
rianis occupatum.

Hoc Transyluanici ſub Calendis Iu-  
niij, acriter obſederunt, prolatiſque tor-  
mentis, & conſtitutiſ uineis, & ſcalis de-  
nique ipliſ mœniibus admotiſ, iam ſibi fa-  
cilem

cilem aditum sperabant. Sed loci propugnatores tam strenue aduersarios reiecerunt, ut præter uulneratos, fermè ad octingentos diuersis uicibus, trucidarint, atque oppido egressi, duo ex maioribus tormentis adempserint.

Ipsì tamen die noctu<sup>t</sup>q; oppugnationem urgebant, & continua pilarum, globorumq; procellis, moenia diuerberabant, sic ut iam omni sulphurei pulueris materia destituerentur. Arci præerat Lauebergus, insignis alarum centurio, cui Schuendius secundò ad trecentos pedites in auxilium paulò antè transmiserat, qui sane, quoniam perdifficile, maximeque periculosum erat, in oppidum ingressi, cùm illud undiquaque hostili agmine cingeretur, dolo, atque insidijs rem egerunt. Noctu enim se itineri accinxerunt, & cùm ad syluulam, quæ erat iuxta oppidum, peruenissent, ibique speculatores hostium latitare scirent, protinus edito ingenti clamore, classicum canere coeperunt. Continuò ad Syluam omnes accurrerunt, hostisque perterritus aufugit, atque ita nostris liber ingressus patuit. Quocircà nos præsidij audaciores facti, omnem op-

pugnationem contemnere videbantur, etiam si mensem adhuc ea perdurasset: At ipsi interim obsidionem nulla ex parte remittere, quin etiam acrius instare, nec pars incommodis nostros afficeret. Plurimi conflictus utrinque habitu sunt, in quibus praeter ceteros, Lauembergus ictu minoris tormenti grauiter uulneratus est, breuique post ex eo uulnere interiit. Paucis ante diebus in oppidū ingressus fuerat Vuellerus, vir pugnax, & impiger. Aderat etiam Gosselus non minori uirtute, qui fortissime dimicans, interemptus est. Res itaque summis conatibus agebatur, & hostes munitionibus erectis, plurima damna & incommoda oppidanis inferebant. Vallum, quo undique oppidum communiebatur, quodam nocte uiminiibus, diuersaque tignorum materia impleuerē, ut proximo diluculo mœnibus appropinquarent. Sed nostri, dolo animaduerso, tormentarium puluerem sub illis strauere, quem ipsi, cū prima luce in fossam undique irruentes, pilis tormentorum incenderent, exemplo magnum incendium excitatum est, quo multi eorum perierunt, atque ita tum temporis re infecta, cedere coacti. Sed breui, maiore pertinacia, & ui oppidum inuaserē, adeo ut in plurimis locis pars interior nudā

nuda planè, omnisq; bellatore spoliata ui-  
deretur. Cùm se itaq; oppidaní, ac milites  
in hoc statu conspicerent, nullamq; spem  
relictam, qua se amplius tueri possent, cù  
ob penuriam commeatus, & militum,  
tum etiam ob graueolentia cadauera, qui-  
bus aggeres, & ualla undiq; oppleta cerne-  
bantur, pridie Non. Augusti e communi  
consensu deditiōnem fecerunt. In ea oppu-  
gnatione plurimi viri fortes, & rei milita-  
ris gloria insignes ceciderunt, inter quos  
fuerunt etiam Vuellerus, & Huetstokerus,  
qui strenue præliaentes, imperfecti sunt. Vi-  
ennæ, paulo antè quam triste nuntium de  
capta Erdeu afferretur, celebrata sunt iusta  
Cæsaris Ferdinandi, qui obierat superiori  
anno, & Oct. Cal. Augusti, qui dies diui la-  
cobi memorie sacrabatur. Popa funebris  
hæc erat. Ex arce ad diui Stephani templū  
pons ligneus consternebatur. Primo autē  
prodierant ducenti ciues pauperes cucul-  
lati, qui candelas accensas in manibus ge-  
stabant. Secundum hos, Monaçhi, Iesuitæ,  
Canonici, Abbates, Antiftites, & reliqui  
ex clero, deinde subsequuti sunt uiginti e-  
qui, eximia pulchritudine, omnesq; aureo  
decore insignes, ac singulis singula uexilla  
præferebantur. Equus Cæsarianus cum  
suo uexillo, totus auro micabat, & hic so-

Ius erat ephyppiatus, nemo tamen super illo equitabat. Funus ipsum uiginti homines gestabant, mox Cæsar sequebatur cum regis fratribus, omnes lugubri ueste, ac facie uelati, & postremo alii proceres. In templo extorta erat fabrica undicis lucernis uitreis, Italico more, instructa, & sub ea funus collocabatur. Soli cantores aulici nonnihil in ipsa pompa submissè orabat. Proxima luce Maximilianus, unā cum suis fratribus, duce Atestino, qui paulò ante ex Italia uenerat, & egregio uirorum nobilium comitatu ædem petiit, ut sacrī interesser. His peractis, Franciscus Forgacus, Antistes Varadinensis, & qui Ferdinando a consilijs extiterat, eruditam, ac elegante orationem habuit, in qua demortui Cæsarī laudes non minus pressē, quam ornatae complexus est. Vbi is perorasset, Cæsar cum reliquis ex templo egreitus est, retulac̄ ad prætorium contendit, & in toto iugitate passim duo argenteos, atq; aureos nummos in Ferdinandi memoriam excusos, liberaliter proiecibant. Hæcautem obiter dicta sint. Iam itaque ad incoepturn reuertamur. Theschini, qui locus est in Ecclesia, fuit habitus delectus equitum, qui unā cum peditatu profecti sunt.

Erat

Erat in finibus Transylvaniae quod-  
dam oppidum, nomine Munkatschum,  
Cæsariani maximè infestum, ex quo per-  
sæpè plurimis iniurijs, ac detrimentis affi-  
ciebantur. Nam indigenæ publica itinera  
obsidebant, & modo ueredari os, interdum  
milites illâc prætereuntes latrocínio diraçō  
cede persequebātur. Schuēdius misit cen-  
tum, ac uiginti equites, cum totidem pedi-  
tibus, qui eos diligenter obseruarent. Ex  
oppidanis, circiter trecenti egressi sunt, in-  
ter quos etiam erant duo centuriones, ac  
protinus in nostros, haud procul ab eis la-  
titantes, inciderunt. Hic, exorto certami-  
ne, Martem sic fauentem habuēre, ut om-  
nes illos ad unum usque profigarent. In  
oppido Satinaro, miles plurimis morbo-  
rum generibus, ijsq; maximè contagiosis,  
corripi, atq; absumi cœperat, ideoq; agni-  
nis præfectus, relicto ibi præficio, quod  
quinque militum signis constabat, iuxta  
Tibiscū castra posuit, adeo, ut ex uno late-  
re fluuiū, ex altero, uallū, atq; aggeres, pro-  
munimine haberet: Cæterū, non multo  
post, ipse met quoq; graui febre laborare  
cœpit, qua deinde per multis menses con-  
flictatus est, eiusque salutem Cæsartan-  
ti faciebat, ut pharmaca, & peritiissimos  
quosq;

quosq; medicos, ad eum subinde transmis-  
cendos curaret. Per idem tempus, rediit  
Byzantio Cernouichius, missus à Cæsare,  
ut de pacis cōditionibus apud Solymaū  
ageret, & aliqua rūm spes de cōponēdis  
rebus affulgere uidebatur; Sed tamē bre-  
ui cognitum est, Byzantinos nihil minus,  
quam pacem expetisse, quin potius, maio-  
ra iudicis molitus, & atrocissimum bellum  
parasse. Itaq; Cæsar totus iam in ea cogita-  
tione uersabatur, ut bellici apparatus fie-  
rent, statimq; ad oppidum Letipontum,  
**G**ermanorum peditum delectum haberi  
iussit, in quo fuerunt ferè quinq; signa: Po-  
sonij (hunc locum Germani Presburgum  
uocant) conscripti sunt circiter trecenti mi-  
lites, & in quodam pago iuxta Iauarinum,  
trecenti equites Pannonici, atq; hi omnes  
in castra mittebantur. Illuc etiam profe-  
ctus est cum quinq; alijs cohortibus, Ro-  
merus insignis Centurio, ac eques Rhodie  
militi, seç; illis quadraginta equites Teu-  
tonici, ac etiam præfectus Dersius, cū ser-  
mè trecentis militibus adiunxere. Peridē  
tempus profecti sunt ex Germania sexcen-  
ti equites, ac deinde quingentí, duce Ho-  
schirero, & omnibus his copijs in unum  
collectis, præfectus est Adamus Gallus,  
Germanus natione, uirq; rei bellicæ scien-  
tissimus.

## DE BELLO PANNONICO

29

tissimus. Isdem etiam diebus in Noricum aduenere Guntherus Schwartzburgus, Ottingus, Mansfeltius, & Christophorus Liechtestain, uiri ex uetus Germaniaæ familia, & rei militaris gloria per celebres, hosq; plurimi nobiles, ac illustres uiri cōmitati sunt, quò Cæsari hoc in bello suam operam nauarent. Dum hæc fierent, Kertschamius, qui lulæ præerat, & qui erat etiam regulus arcis Nitelburgiæ, quæ sita est in ipso aditu Morauiæ, tum forte in casis aderat, secumq; habebat nonnullos Turcas captiuos, ex quibus sexdecim, qui erant celebriores, & ex quorum liberatione plus emolumenti sibi euenturum sperabat, in suam arcem transmitti curauit, ut carceris naufragii molestiæq; pertæsi, multo maius pro redēptione, ac libertate prætium offerrent. Accidit autem, ut cum ipsi excubatores, ac præsidij milites, minus ad suum munus uigiles, ac intentos animaduerterent, clam corripitis armis, eos omnes trucidarent, statimq; per dispositos eis quo s inde aufugerunt.

Isdē quoq; temporibus accidit, ut Byzantini, qui erant iuxta Salmarum, & in Riuulis Doiminorum (hoc oppidum Gerini Neustodium uocat, estq; locus ubi sunt fodinæ metallicæ) predabundi diram uitatem.

stitatem exercent. Cum autem forte fortuna Transyluanus, & prefectus Temesuariensis una propè Salmarum obequitarent, parum absuit, quin globus tormentarius inde vibratus; utrumque interficerit. Suprad ostensum est, Cæfarianos sua castra ad Tibiscum flumen collocasse.

Turci, re cognita, illos per insidias noctu aggredi statuerunt. At ipsi dolum inesse suspicati, eorum consilia prouerterunt. Itaque in quoddam nemus ibi proximum, eadem nocte (quæ uenturi putabantur) nonnullas turmas equitum, & magnam partem cohortium, arcane, & summo cum silentio misere.

Cum igitur, quod intenderant, ex qui constituerent, rectoque itinere ad nos-  
tros properarent, hi exemplo ex in-  
sidijs profluentes, eis accurrerunt, rem-  
que ita strenue, ac fœlicitate gessere, ut in-

*Turci per in- tigni clade afficerent. Plurimi autem, fidias inter- cum noëtis beneficio, tum equorum cele- fecli. ritate seruati sunt, alioquin uix unus for- san incolumis euafisset. Paucis ante die- bus hostis ad mœnia Iauarini accessit, & quia nox imminebat, nostris exeundi fa- cuitas*

cultas minime dabatur. At, cum proximo diluculo egrederentur, illi iam receperant.

Perid quoque tempus equites, quibus cum imperio praerat Graffuenus centurio, cum centum equitibus Hungarisi inciderunt in hostes, qui erant supra mille, & inito prelio, circiter ducentos ex eis conciderunt, inter quos fuit praefectus Lippensis, quem ipsi Betum appellant. Plumbeis tormentorum glandibus uulnerati, in castra adducebantur: Sed quia priusquam emitterentur, larido ungebantur, uix ulla ratione sanari poterant. Interea Saxonici milites, confictu auditu, pugnæ audi, in castris fremebant, & exeundi facultatem flagitabant, quam nihilominus impetrare nequistabant, hiisque tanto dimicandi ardore flagrabant, ut uix intra ordines, & in militari disciplina conservari possent. Hi recens aduenerant ex Germania, ducibus Gleyssenthalo, & Sebotendorfio, atque omnes, cum armorum cultu, ac equitum ornatu, tum præcipue animi, & corporis dotibus admordum insignes præfulgebant. Ex his circiter mille, ac uiginti sex alebantur, stipendijs illustrissimi Electoris Augusti,

per

per spatium quinque mensium, & amplius,  
quibus trecenti, & quinquaginta sese ad-  
iunxerant, veteri stirpe, ac bellica uirtute  
conspicui, qui proprio sumptu Cæsarem  
in ea militia lequuti sunt. Piores, crucem  
in suis uexillis gestabat, & reliqui, quatuor  
habebant signa, quorum primum erat cū  
inscriptio: VICTORIA DESUPER A  
DEO DATVR. Secundum: FORTITV-  
DO NOSTRA CHRISTVS est. Tertiū:  
VINDEX PERFIDIAE DEVVS est. Quar-  
tum: VINCIT AMOR PATRIAE. Primi  
signi centurio cecidit in conflictu, habito  
cum Turcis, quorum castra tum à Cæsa-  
rianis mille tantum passibus distabant, &  
in inferiori parte Tibisci locabantur, pon-  
temque super flumen Samos construxerant.  
Nostra uero sita erant iuxta oppidulum,  
quod incolæ Kizar uocant, positum ad ri-  
pam fluminis, in quo erant nōnulla tugu-  
riola, pro his, qui præcipuum locum in ca-  
stris habebant, eaque optimo, & munitissi-  
mo istrallo cingebantur. Dum res in Panno-  
nia sic geruntur, Archidux Carolus in Va-  
leria prouincia, quæ Stíria hodie dicitur,  
Norico ad meridiem coniuncta, reliquisque  
locis finitimis, multa præclarè, ac militari-  
ter agebat, suosque perpetuò uigiles contra  
hostes habebat, qui plurimis damnis eas  
oras

oras infestabant. Semel autem contigit, Turcarū ~~et~~ ut nostri, ualida manu Turcas aggressi, ma<sup>der</sup>. gnem stragem ediderint, adeo ut fama sit, ex eis ad tria millia concidisse. Alio in loco trecenti, ac uiginti ex hostibus, intempesta nocte Thrinū oppidum adorti sunt, & Iacobi Zachi equites cum aliquot Hunnicis peditibus egressi, ad sexaginta ex eorum numero interfecere, ac secum quinque & septuaginta captiuos adduxerunt. Iuxta oppidum, quod incolae Babolscham uocant, plæricq; capti sunt, & illico Vienam transmissi. Etsi uero utrincq; infensi simis animis certabatur, Viennæ tamē adhuc pacis consilia cum Oratoribus, qui illic nondum abierant, sedulò ac solertissime agitabantur, eoq; accersiti fuerant plurimi Reguli, ac Proceres Pannoniæ, qui de pacis cōditionibus transigerent. Schuendius interim, adhuc cum morbis cōflictabatur, ideoq; Cæsar ad eum misit Paulum Vueidnerum, rei medicæ peritissimum, q; se iamdudum à Iudaica superstitione, ad Christi fidem conuerterat. Etsi autem anticipi & diutina eruditudine laborabat, minime tamen ob id remittebat necessarios apparatus, cum hostis antiquaque grasseatur. Igitur quotidie siebant leuiora prælia, in quibus plurimi utrincq; desiderabātur,

CC tur,

cur, cumq; Turci Schuendum pernicios  
orarent, ut quorundam cadauera sibi mit-  
terentur ex his, qui ceciderant, quo ea suo  
more sepeliret, id ab eo perhumaniter im-  
petrarunt. Isdem diebus cum aliqui curri-  
bus aduecti, pabulatum iuissent, ac etiā, ut  
diuersi generis commeatus in castra defer-  
reti, hostes, impressione facta, illos inter-  
*Turcicus ordo cœperunt. Hoc ubi Schuendius audiuis-*  
tor missus ad set, Byzantinum Oratorem, qui nuper ad  
Schuendum, eum sui Principis nomine, de cōpositione  
acturus, uenerat, rogauit, num isthac esset  
ratio ineūdæ pacis: at ille, cur (inquit) Ve-  
stri hostem non insequuntur? Confestim igi-  
tur in eos missus est Rueberus cum suo e-  
quitatu, quod abstractos currus remo-  
tetur, donec maius præsidium aduenisset. Dū  
tra res geritur, nostrisq; haud segniter in su-  
orum auxilium accurrunt, acerrime dimi-  
catum est, omnesq; currus, qui cis pontem  
erant, recuperarunt, qui uero flumen traie-  
cerant, eos insequi non potuere, cum iam  
in castra peruenissent. Byzatini paulo pōst  
inde mutatis castris, recesserunt, idemq; à  
nostris factum est, & Cassouiam petiere,  
cum commeatus penuria, tūm etiam quia  
perplures omnigenis morbis ægrotare in-  
cooperant. Transyluanus quoque paucis  
antē diebus, castra soluerat, sumq; mili-  
tem

tem in hybernis collocarat, cumq; in suam  
ditio nem reuertisset, ibi nonnullos reperit,  
qui erant Cæsarianæ factionis, omnesque  
protinus quæstione habita, suspendi ius-  
sit. In quadam pugna paulò ante habita,  
fuit captus Alexander Kendius, qui ei a se-  
cretis adhibebatur, & Viennam missus, du-  
ce Ioanne Vuolgazeno, deinde ad Schue-  
dium perductus, moxq; quibusdam con-  
ditionibus acceptis, priori libertate dona-  
tus. Legatus etiam Transylvanicus, Stef-  
anus Bathorus, tādem a Cæsare dimissus  
est, qui sane haud mediocriter conquerebat-  
tur, se Viennæ diutius retentum, quan-  
æQUITATIS ratio postularet, idq; præcipue  
accidit ob uxorem Balassi, quæ apud Cæ-  
sarem subinde precibus instabat, ne illum  
ex aula dimitteret, priusquam ipse suā con-  
iugem, & liberos recuperaret, quos sibi in  
Satmari expugnatione abductos suisse cō-  
memorauimus: at Cæsar noluit eū diutius  
inuitum retineri, hunc dicens oratore esse,  
filios autem iure belli raptos; ideoq; sorte  
longè disparem esse, ac eū, salua dignitate,  
haud amplius retineri posse. Interea Schue-  
dius, cui omnia, quæ tū de pace agebātur,  
maxime suspecta erāt, Maximilianū subin-  
dē (ut antea) de nouis copijs, reliquoq; mi-  
litari præsidio haud segniter admonebat;

eum leper hortabatur, ne hosti fideret, né uia ad ullas pacis conditiones animum inclinaret, cùm certo constaret, illum omnia dolose agere, nihil leper aliud quām bellum meditari. Hoc autem, ubi Turcarum Proceres audiuerē, protinus ad eum scripsere, seque oppidō mirari dicebant, quid ipse pacem inter duos praepotentes Principes, ferme transactam (uti videbatur) perturbaret, multa leper his consimilia in eorum literis cōtinebantur. Ceterū id minime obstabat, quod minus & ipse, & reliqui ex primatis, qui bello praeerant, occasione rei bene gerende exquirerent, & inuentas, uel oblatas, percupide amplecterentur. Hinc est, quod Eecius à Salma, uir, praeter generis nobilitatem, strenuus & militaris, quarto Idus Octobris, Iauarino cum suis cohortibus discessit, & plurimis etiam ali-

*Eecius à Salma proficiens ad obfidi-  
onem Albæ Regalis: moxque reuoca-  
tur à Cæsare.*

unde conuocatis, protectus est uersus Albam Regalē, haud modica spe oppidi potiuntur ad obfidi-  
onem Albæ Regalis: moxque reuoca-  
tur à Cæsare.

bam Regalē, haud modica spe oppidi potiuntur ad obfidi-  
onem Albæ Regalis cognomenum tulit, quod ibi per antiquo, solennicep gentis ritu, noui Reges coronarentur, ac eodem in templo, priscorum Regum se-  
pulchra, cum rerum gestarum titulis uise-  
rentur. Iauarino autem duntaxat octo mil-  
liaribus abest. Prisquam uero Salmensis  
hanc profectionem susciperet, ad eum ex oppido

oppido Posonio missi sunt equites quād  
plurimi, ac etiam ex alijs locis maiora tor-  
menta, secumqe scalas, & alia usui oppor-  
tuna circumferebant. Hic ergo à suis tan-  
tummodo trium millium interuallo dista-  
bat, cūm eccē nuncius Cæsarianus ad eum  
aduolat cum literis, quibus ex ipsis præ-  
scripto, quām primum illisqe suas copias  
abducere, & Iauarinum reuerti iubebatur.  
Eccius, Cæsaris uoluntate percognita, cō-  
tinuò paruit, re infecta, nec sine ingēti suo  
mœrore; ac eorum omnium, qui se illi co-  
mites addiderāt, quippe qui omnes haud  
dubiā sibi uictoriā pollicebantur, cūm  
quia noscerent, urbem opportunis præst-  
dijs destitutam, tūm etiam, quia nostri cō-  
uenerāt cum iudice illius urbis, qui eis, ut  
de ipsis fide certiores fierent, uxorem, &  
liberos, tanquam obsides, traxiderāt. Tur-  
ci aberant sere omnes, idqe Salmenſi clam  
indicatum est, & res ita instituta fuit, ut in  
ipsa nocte, bellica tormenta ex muro par-  
tim abducerentur, partim, ne hostibus ulli  
adiumento, ac iusui essent, clavis perspira-  
menta inditis, configerentur. Proxima  
luce, cūm greges de more exigenterentur, ex-  
templō Salmenſis per turmas dispositas,  
ad ipsas portas urbis, illis armentis accur-  
rere debuisset. Quod si Turci, quorum

tamen perpauci ualunas custodiebant, se illis oppoluissent, ciues in eos e' uestigio im- petum fecissent, atque ita paruo negocio, & citra suorum cædem, in oppidū ingressi essent: at Cæsaris mandatum hæc omnia consilia dissecit. Iudex autem, cum nos tro minime (utip promiscrant) ad oppidū aduenire consiperet, illicò sibi fuga consu luit, & Palotam profectus est, atq; ita pul cherrima urbis occupandæ occasio, tūm à Cæsarianis prætermissa: sed Turcarum præfecti re cognita, illicò atrocibus pæ nis in eos, qui cum hoste conuenerant, se ui're. Circiter enim quadraginta, palis, & uncis ferreis perfoSSI sunt, inter quos fu erunt etiā nonnulli prorsus insontes. Pau cis post diebus, is qui omnium consiliorū author exriterat, Viennam se contulit, ibi que Cæsari supplex factus, petebat, ut sui, suæq; misere familiæ, aliqua ratio habere tur. Causa, cur Cæsar Eccium ab ea Provin cia reuocarit, hæc præcipua fuisse iudi catur, quoniam Viennæ admodum ac curate, ac etiam non sine magna spe, ut breui succederet, negocium de pace in fuitus mitti- eunda cum Oratoribus agebatur, ipseq; Georgium Hosfutorum, consiliarium re gium in Camera, uitrumque singulari prudentia, & uirtute, paulo ante ad So manū orator. lyma-

lymanum legārat. Quoçircā ipsi haud consentaneum uidebatur, ut aliquid pertaretur, quoad res adhuc penderent, nec exigua spes de sedandis controuersijs fore uideretur. Ob id etiam edictō sanxerat, ne quis hostem noua iniuria laceſſeret: Vix tantū illatam repellere liceret.

Hos uotus ex aula Byzantium uersus proficisciens, uiginti Turcos captos in diversis conflictibus, & Pannonicō habitu induitos, secum adduxit, eosq; præcipuos, qui passim in uinculis à Proceribus illius Regni detinebantur. Cùm Budam peruenisset, à prætore Budenū honorificè, ac perhumaniter exceptus est.

Dum hæc fiunt, ex castris Schuendicis recesserunt equites Saxonici, à Principe Augusto domum reuocati, quorum opera in sua ditione uteretur, cùm præsertim in Pannonijs omnia iam ad pacem spectarent. Cæsar etiā plurimos alios cùm centuriones, tum milites, qui ex Germania uenerant, domum remisit. At ijdem haud multo post, in illis partibus audiſſime desiderabantur, nouaq; belli consilia iniri oportebat, cùm denuò Mars ſequire inciperet, uiresq; aduersariæ nouis copijs augerentur. Cùm propè Neusta-

dium accessissent, illud statim oppugnau-  
runt. Huic præerat Gleismulnerus, qui  
cum se imparem esse, locumq; haud facile  
defendi posse animaduerteret, sese trans-  
dedit, eumq; hostes incolumem, licet iner-  
mem, cum suis militibus egredi permis-  
runt. Hunc locum postea Cæsariani occu-  
parunt, iterumq; amisere, ac tandem recu-  
perarunt. Pannonicus quidam, nomine  
Dersius, cuius tutelæ, ac fidei, Nitriensis  
arx commissa fuerat, oppido cum aliquot  
ex suis egressus, in hostes palantes incidit,  
eosq; repente aggressus, nonnullos truci-  
dauit, & duos ex centurionibus captiuos  
fecit. Paulò antè captus fuit quidā ex Tur-  
cis ad oppidū Sígethum, cuius sitū, sicuti  
& aliorum locorum, exploratum uenerat,  
ac tredecim dīes tūm erant elapsi, ex quo  
ille Byzantio discesserat. Is, ad Carolū Au-  
striū perductus, pro certō affirmabar, Tur-  
carum regem in Pannoniam uenturū, Si-  
gethum, ac Iulam breui obsidēdam, & in-  
tegrum exercitum dicebat futurum supra  
quadringenta millia uirorum, prēter illos,  
qui ad remigium cōparabantur. Per idem  
tempus, Ecclius comes, quosdam etiā spe-  
culatores cōperat, ex quibus aduentū So-  
lymani ad eam prouinciam, haud obscure  
cognouerat. Fuit etiā cōprehensus quidā  
Byzan-

Byzantinus, cognomine Scaphir Vaida, qui erat intimus consiliarius praesidis Budani, ac omnibus Hungarisi, ob rei militaris peritiam, longe notissimus. Hunc allocutus est Franciscus Peschus, atque idem prorsus, quod ceteri, affirmabat. Quocirca, ex his iam liquidò patebat, frustrè amplius de pace, siue de inducjs cogitari, quin postius apertissima futuri belli signa ubique conspiciebantur. Agricolis, qui annuos census nostris, æquè, ac Turcis, persoluerant, seuerè iniunctū est, ne Cæsarisanis quicquam in posterum præberent. Iuxta oppidum Papà, fuere abducti circiter octoginta milites, qui Maximiliano inseruerant. Propè Iauarinum, & alia loca Pannoniæ, hanc, illam, populabundi excurrebat, & indigenas, ac oppidanos, plurimis iniurijis, ac detrimentis afficiebant, ex quibus rebus facile cuiusvis apparebat, eorum odium, ac sauitiam in nostros, indies magis, magisq; augescere. Cum itaque Cæsar, ex multorum literis, ac nuntijs, de hostili apparatu subinde certior fieret, totum animus ad bellum cogitationem applicare coepit, ius sitq; in primis, ut Iauarinum (hoc oppidum Germani Rab uocant) opportunis, ac utilibus praesidjs communiretur. Illuc enim, totam molem exercitus in unum colligi, &

Turcarum  
eruptioneq;

militares copias recenseri mandarunt. Per totam Norici oram publico edicto cauit, ne quis unum uel frumentum, extra eam ditione diuenderet, aut educiri sineret, quæque iam uendita fuerant, nondum tamen abducta, nullo modo transportari possent. Sigethum etiam aliquid auxilium transmisit, & in castra circiter duas cohortes, & bus praerat Vicecomes Insuber, & quidam nobilis Germanus, ac etiam plerique alijs belli ducibus iniunxit, ut militem undique conscriberent. Cæterum, cum ingentem Solymanni potentiam secum animo diligentius perpenderet, videbat, hos omnes apparatus minimè sibi sufficere, ideoque oportere, ut ad opem, uiresque Imperij confugeret, sicuti eius maiores fecerant, quoties Turcica ui, & armis opprimenterunt, uel ipsimet aliqua honesta causa impulsi, eis bellum inferre statuissent. Cum itaque nec suo muneri, nec saluti, ac dignitate illius imperij, cui ex Germaniae Principum consensu praerat, ulla ratione deesse uellat, statim Augustæ Vindelicorum comitia Germanica indixit. Causa, cur Cætares, cum aliquid grauius bellum impendet, uel ipsimet sponte aliquid hostile milituntur, huiuscmodi conuentus ex omnibus Germaniq; partibus conuocare soieat,

hic

hęc p̄cipua omnino est, ut sibi suggestantur  
 uires, omniaq; adiumenta bellica, quibus in  
 hostē p̄emunātur. Cū n. Germania, in trā  
 mēbra, siue status diuidatur, scilicet in sacrī  
 uel politici iuris Principes, ac liberas ciuitates,  
 hi annuatim soluūt Cęsari quoddam  
 exiguū tributū: At si forte accidat, ut gra-  
 ue aliqd bellū impendat, p̄ter solitū morē,  
 copias, arma, & pecuniā suppeditat, ealq;  
 suppeditatio, siue cōtributio in comitij;  
 decernitur. Sacri iuris p̄ceres, quos Eccle-  
 siasticos uocat, sunt Archipr̄esules Electro-  
 res, quorū primum est Mogūtinus, supre-  
 mus epistolarū magister p̄ Germania, & in  
 eius archivis omnes comitiorum scriptu-  
 rā affervantur. Post ipsum, est Archipr̄e-  
 sul Colonensis, magnus epistolarum ma-  
 gister pro Italia, & Treuerensis, pro Gal-  
 lia. Hos consequuntur quidam alij Ar-  
 chipr̄esules, opulentí, amplisq; redditu-  
 bus, prout est Salisburgensis, & uetus fa-  
 milia Boioariæ, qui ob fodinas salis, argen-  
 ti, & auri, quas habet in sua ditione, po-  
 test annuatim expendere supra centum, &  
 q̄inquaginta millia floronorū. Est etiā An-  
 tiste, Magdeburgicus, qui dicitur prima-  
 riū Germania, Bremensis, Disontinus, &  
 pleriq; alij eodē titulo, ac dignitate circiter  
 quin-

quinque, ac uiginti, omnes tum diuitijs, tum ample genere insignes, atque appellantur Principes imperij, propter oppida, urbes, & prouincias, quæ illorum ditioni parct. Alterius ordinis Reguli sunt etiam eodem numero, qui supremum honoris, & autho titatis locum sibi uendicant, & uocantur Electores, qui etiam habet aliquam munia, quæ ad Cæsaris obsequiū pertineant. Augustus elector, est supremus iudex Curia Imperialis, ac etiam legati titulum gerit. Palatinus, supremus eorum, qui dapes ferunt. Brandenburgicus, est supremus regi cubiculi. His succedunt alij Principes nobiliores, quorum primi sunt ex eadem electorum familia, eodem ordine, ut est Boia regulus, cum alijs Palatinis, qui sunt eiusdem familie. Deinde Marchiones, Burgrauij, Brandenburgici, Brunswicenses, & Lunebergici, ex præclara Saxonu progenie, cū plerisque alijs Ducibus, Marchionibus, Lantgrauij, alijsque proceribus.

Liberæ ciuitates, atque imperij, ut appellant, sunt ex quorundam sententia, due, ac septuaginta, licet fuerint octoginta, & amplius. Hæ nullum Principem agnoscunt, præter Cæsarem, cui quotanis quendam censum perfoluit: sed ita exiguum, ut vix annuatim sint supra quindecim millia florinorum.

renorum. Sunt etiā ex his nonnullæ prorsus immunes, nisi quòd etiam Ipse cum alijs Principibus, belli tempore, opportuna subministrant. Ut tuntur lege peculiari, & propria, & ferē omnes habent statum popularem, uel mixtum, quem Græci *dukes neptis* appellant, licet quædam earum, & inter istas Norimberga, urbs per ampla, & opulenta, optimatum regimine administrentur, quem iūdem *agri Gangaricis* uocant. Hæ urbes libertatem sibi uendicarunt, uel pecunijs, uel gratuita Principum benevolentia, ita ut ciuijū industria, mercibus conportandis, inducendis nouis artibus, opereis emendis ac sultim principem aliquo sibi officio demerendo, non modo mœnia urbium ampliarint, uerū etiā hac ratione se se in libertatem afferuerint, moxque arces, & propugnacula extruxerint, quibz seipso aduersus potentiores Germaniæ regulos, ac primates tuerentur, cùm in consesso sit Magdeburgum ferē ad trienij spatiū sustinuisse acerrimum bellum, & opugnationē omnium eorum, qui tum reliquias authoritate, atque opibus præibant, & totius Cesariani exercitus, ac etiam cœpisse Principem Georgium Mechelburgum & postremō haud sane fuisse deteriori conditione, quā reliquæ urbes à bello Germanico.

nico extiterant. Grauia quoq; & ingentia  
bella sustinuerūt, Brera, Oriembera, & Lu-  
becum, portu nobile emporium, & innu-  
merabilibus mercatorū nauigijſ frequēs.  
Insunt etiam præter has, multæ aliæ urbes  
celebres, ac opulētæ, ut Colonia Agrippi-  
na, urbs, pulchritudine, soli fertilitate, do-  
morū elegantia, & opū splēdore, inter pre-  
cipuas fure annumerāda. Augusta Vnde-  
licia, in qua, præter egregia palatia, & pri-  
uatorum ædes, sunt ditissimi ciues, ac opti-  
ma etiā propugnacula conspiciuntur. Frā-  
cofurtum, non modō celebre ob empo-  
ria, quæ ibi plurimorum mercibus, & fre-  
quentia bis in anno celebrantur: sed etiam  
ob Cœsaris electionem, q̄ ibi de more habe-  
tur. Aquisgranū, antiquis Nuagerrū, quæ  
urbs diu fuit regia sedes, Caroli, cognomē  
to Magni, deinde locus illius sepulturæ, acq;  
ubi coronātur primo diademate, q̄ Procc-  
rū suffragio, in reges Romanorū elīgūtur.  
Argentina, omnibus Germaniæ urbibus  
cōmunitior, & deinde Spira ad ripam Rhe-  
ni posita, Vormatia, Vlma, Rostochium,  
Ratisbona, & plæreç; alię non vulgaris fa-  
mę. Erant etiam olim, licet hodie seiungan-  
tur, ut occupatę à diuersis Principibus, aut  
uiciniis prouincijs, Basilea, Geneua, Lucer-  
na, Rotuilla, & Molusium, quæ quidem  
urbes

urbes uarijs temporibus Heluetijs adhæserunt. Dantiscum, situm in fauicibus fluminis Vistulæ ad Oceanum, ciuitas admodum prædiues, & in qua est maximum emporium Septentrionalis plagæ, & Eluina transiere cum Prissia, in ditionem regis Sarmatiæ, Constantiæ, in potestatem regis Rothanorum, urbs Metensis, & Verdunum, sub dominium regis Galliarum, & nonnullæ aliæ sub imperium diuersorum Principum. Ex his ergo Germanis Proceribus, ex quo liberis ciuitatibus, constant huiusconuentus, qui ab Imperatoribus indicuntur. Cum enim absoluta illis potestate nihil omnino queant imperare, ad huiusmodi comitia configiunt, ibique procurant, in eis decerni, quicquid Reipublicæ utile, ac necessarium existimant, simulque operam adhibent, ut quod ibi publico decreto sancitum est, gnauiter, ac mature perficiatur. In his, quemadmodum sunt tres status, qui ibi publicè intersunt, ita quoque fiunt tres diversi conuentus, in quorum primo assident solummodo sex Elec-tores, in altero Principes, tam sacri, quam politici iuris, & in hoc pro Abbatis Imperij, assident duo, & pro Regulis, ac Primatibus Imperij, duo alii, & in tertio liberarum urbium legati. His omnibus à Cæsare, vel Romanorum rege  
illud

illud omnino proponitur, quod cadit in  
rem praesentem, & in quois colloquio seor-  
sim de rebus propositis est communis consi-  
lio decernitur. Ipsae quidem ciuitates tan-  
tummodo suam sententiam proferunt per  
uiam consilij, at in rebus transigendis, nul-  
lum habent suffragium. Cæsar itaque cum  
Byzantinos apparatus, tam ingentes audi-  
et, hos omnes dynastas, & pceres, de qui-  
bus hic modo dictum est, ad conuentum

**Maximilianus** Augustanum accersendos curauit, ut in tam  
connocat im- graui, tamque urgenti negotio, ea praesidia,  
perij ordines & adiumenta, pro publica salute admini-  
**Augustam.** strarent, quæ antehac sui maiores, pro ijsde  
rebus impetrarunt. Ut uero Germani Prin-  
cipes tanto matruis eod festinarerint, ipse pri-  
or Augustam uenit, haud ignarus, quam-  
libet moram sibi detrimento sam esse, cum  
hostis omni diligetia, & celeritate se ad bel-  
lum præpararet. Et si autem uix omnino  
credibile uidebatur, ipsum iam ætate con-  
fectum, ac etiam ualetudinariū, huic Pan-  
nonicæ expeditioni interfuturum, tamen  
illius bellici apparatus tanti erant, ut meri-  
to ea de re à quois dubitandum foret, i.  
psaque honesti ratio, ac necessitudo iure  
hostis obesset, quam, ut seipsum, ac uni-  
uersum Imperium ab eius ui strenue tue-  
retur.

retur. Cūm primum itaque Augustam peruenisset, protinus Germanos Regulos, atque primores, per literas, certosq; nuntios admonuit, ut omni mora postposita, se se ad iudicata comitia transferrent. Cæterum, initio multæ cause oriebantur, quibus se impediri aiebant, quod minus tuus eius uoluntati morem gererent. In his autem hæc præcipua uidebatur, uidelicet bellorum rumores, qui erant in eorum limitibus, ac ditione, ob reges Daciæ, ac Sueviæ, ita, ut sepè haud parua suspicio extiterit, hos conuentus, uel minimè celebrandos esse, uel saltem nimis cunctatione prorogandos, priusquam è communis sententia quicquam certi statueretur. Hæc dissidia paulo antè fuerant exorta inter duos fratres, Principes Meichelburgicos in Saxonia, propter urbem Rostochium, quæ quidem, cūm à fratre natu maiore, ui occuparetur, ab altero, qui erat minor natu, obsidebatur. Hic fauebat regi Daciæ, prout affinis, & propinquus, alter Sueco, qui, & promissis, & largitionibus, multo tñ procerum animos allicere, & ad se pertrahere satagebat. Cæsar, qui multo anteā, cūm per suos legatos, tum etiam permultos alios Principes, ac illustres viros, omni studio procurarat, ut mutuo conciliaren-

DD tur,

tur, uidens huiusmodi dissimilitates maximum sibi, totisq; Germaniae nocentum afferre, tūc maximopere pro his compendiis allaborauit, suaq; opera, & auctoritate tantum effecit, ut breui omnis inter eos controversia dirimeretur non circa singularem sui nominis laudem, ac beneficium eartum regionum, quibus procudubio hæ contentiones plurima damnna, & miseras attulissent. Nec his contentus, cum utroque rege, ut tandem conueniret, omni ope annixus est, adeo, ut ipse Suecorum rex, Cæsari gratias agens, ob egregiam suam uoluntatem, quam publice quietis ergo exhibuerat, seipsum ad omnes æquas, & honestas pacis conditiones, propensissimum offerret, omnemq; controversiam arbitrio Principis Pomeraniæ, ac Ioannis Friderici ducis Saxoniæ, qui erat frater matris ipsius regis, dirimendam lübens relinqueret. Alia difficultas, quæ nō nullos ex Principib. remorabatur, quod minus ad comitia festinarent, erat ob quedam alia dissidia exorta inter duos alios fratres Vinarienses, ob diuisionem ditionis, & præsertim eorum locorum, qui munitiones habebantur. Hos enim possidebat frater natu maior, quod sanè alteri nimis

mis indignum videbatur. Cum enim ex  
tribus fratribus, minimus natu obijsset, re-  
liqui duo, qui erant Ioannes Fridericus, &  
Guilelmus, inter se conuerterant, ut alte-  
nis gubernarent. Maior natu, prius ex con-  
uentione rebus præfuit: sed postea dulce-  
dine imperandi (uti videbatur) allectus, al-  
teri cedere nol. bat. Hinc factum est, ut E-  
lector Palatinus, propter affinitatem, qua-  
eis fungebatur, has lites, & contentiones  
omni studio sedare conaretur, & ipse e-  
tiam Saxonie Princeps idem agere alla-  
boraret, cum eius patrocinium Palatinus  
sedulò implorasset, atque ob id simul con-  
uenerant Lipsiae, ibiçp mutuis colloquij  
res diu, multum quæ agitata est, & illuc e-  
tiam secundus frater appulerat. Quoniam  
vero in huius dissidij componendi nego-  
cio, videbantur exortæ nonnullæ difficulta-  
tes, quæ non ita leuiter, ac facile dissolui-  
poterant, utriusque fratris controversiæ  
ad comitia remittebantur. Postremo, Phi-  
lippum Landgrauium, Cattorum Prin-  
cipem, domi detinebant nuptiæ Ludoui-  
ci sui filii secundogeniti, qui Christopho-  
ri ducis Vurtembergici filiam in uxorem  
duxerat, & propterea seipsum excusabat,  
quod minus tunc temporis Augustam  
accederet. Porro eandem causam affere-

DD. 2 bant

bant tredecim aliij ex Germanis procerib.  
ac etiam plures aliij nobiles, ac illustres ui-  
ri, & idcirco initium horum comitiorum  
prorogabatur. Hæ nuptiæ solenni pompa  
celebrabantur, & quoniā in illis tot Regu-  
li, totq; generis prosapia insignes uiri, in-  
tererant, Cæsar, & reliqui Principes, qui se-  
cum aderant, summoperè auebant illorum  
consilia, & colloquia intelligere, cùm præ-  
sertim ualde metueretur, ne religionis ar-  
ticulus, reliquis imperij negotijs magnum  
aliquid impedimentum, atq; incōmodum  
afferret. Ex his præcipui erant Philippus  
Lantgrauius, cum Gulielmo, & Ludouico  
eius liberis, Philippus Holsatiæ, Ernestus  
Brunsuicensis, Christophorus Vuireber-  
gicus, pater sponsæ, ac duo filij, & duo etiā  
Electores Palatini. Vuolfgāg, Palatinus,  
regulus Biponti, cū filio, & Ioannes Geor-  
gius, filius principiis Brādeburgici, qui ob-  
aduersam patris ualetudinem, domum re-  
dierat. Hæ causæ Cæsaris animum graui-  
bus curis, atq; angoribus implicitum tene-  
bant, cū eorum aduentū ita differri, ac pro-  
trahi animaduerteret, eoquē magis ange-  
batur, quò magis indies fama ubiq; sparge-  
batur, de bellico Solymanni apparatu, &  
compertum habebat, Transylvanianum sub-  
inde militum cohortes, turmisq; descri-  
bere,

bere, ideoquē nihil amplius addubitabat, Principes mit-  
quiñ hæcomnia contra se fierent. Princi-  
pes accersiti, cūm hoc audirent, ac uide-  
rent, se non tam mature, quam uellent, tum legatos  
quamquie etiā rei necessitas postulareret, ad Maximilia-  
illuc proficisci posse, oratores ad Cæsarem  
legarunt, qui, eorum nomine, plena autho-  
ritate apud illum in comitij agerent, do-  
nec ipsimet coram adessent: At ipse nihil  
omnino cum eis consilij, & publici decreti  
conferre statuerat, quippe, qui in tam se-  
rijs, & grauibus rebus, eorum præsentiam  
expetebat, coramque, quid facto opus es-  
set, indicare constituerat, ideoquē, sæpè ad  
illos, dedita opera, certos homines desti-  
narat, qui eos admonerent, atque horta-  
rentur, ut quamprimum se itineri accinge-  
rent. Interim, in aula Cæsaris tractaban-  
tur sponsalia inter Gallum regem, & Ma-  
ximiliani filiam, idq; Renni opera, qui ea  
de causa illuc paulò ante missus fuerat: Sed  
paulò post, à suo rege, ob quædā alia nego-  
tia, reuocatus, relicto ibi quodā generoso,  
& q; erat ei à secretis, in Galliam reuertit,  
moxquie se redditurum pollicebatur. Non  
multo post huius abitionē, ad Cæsarē ue-  
nit orator Sabaudius, ob quasdā lites, &  
controversia, quæ propter urbem Cas-  
lem, sitam in Montisferrati ditione, inter

Aliobrogū Principē, & ducē Mantuanū, intercesserat, & paucis post diebus, uenit eōdē Hispani nuntius, q̄ nomine sui regis, ab eo petiit, ut p̄ auxiliarib⁹ p̄sidij⁹ mītiē dis Neapolim, in insulā Meliten, ad Insulib⁹, aliaq; suæ ditionis loca, sibi cotiscrib⁹ liceret quatuor Germanicas legiones, quæ quidē illorū more, constituebant quadra: ginta signa peditū, ex quibus decē mittere tur Gulettā, arcē positam in faurib⁹ Tu-netani stagni, & in præsidia oppidorum Galliæ Cisalpinæ, quod sanē haud diffi-culter obtinuit. His cohortib⁹ præerant Paris, & Albericus Lodronius, itemque Ioannes Baptista ab Arch, & Hannibal Altempsis, uiri, cùm uirtute, tum generis claritudine insignes. At prior, ubi aliquādiu grauiter ægrotasset, tandem faro de-cessit. Reliqui suam prouinciam obière. Delectu igītū habito, & militi persoluto stipendio, in Italiam profecti sunt. Dum hæc fierent, Cæsaris animus magna cura, & sollicitudine premebatur, cùm Germa-nos tantam moram interponere uiderer, quò minus dicto audientes forent, nec tra-men poterat non legitimam eorum excu-sationem admittere, quos iustissimis cau-sis impediri iam audierat. Interim, cùm Dionysia de more instarent, anno ab hu-mana

mane salute supra millesimum, & quin-  
gentesimum, sexagesimo sexto, ne aula  
Cæsaris hoc Principum desiderio nimis  
cogitabunda, & subtristis uiseretur, non  
deerant plurimi nobiles, ac generosi, qui  
& regiam domum, & urbem, cum ludicris  
hastatorum certaminibus, tum aliquo alio  
spectaculo iucundiori, ex arte conqui-  
sitione, haud mediocriter oblectarent. Tan-  
dem præfatæ Principes, iam suis negotijs,  
& occupationibus expliciti, in Vindelicā  
proficiunt statuerant, eorumq; primus fuit  
Brandenburgius Elector: at in medio itine-  
re graui, atque ancipiti morbo correptus,  
domum reuerti cōpulsus est, misitq; Geor-  
gium suum filium, & nepotes, cum egre-  
gio nobilium comitatu, eosq; apud Cesa-  
rem iussit remanere, donec aliud ab eo in  
mandatis haberent. Isdem diebus accessit  
etiam Elector Moguntinus, cui Cæsar ho-  
noris ergo, ad sexquimilliare Italicum ob-  
uiam processit, eumq; admodum benignè  
atq; humaniter in suū usq; hospitiū comi-  
tatus est. Per idē tēpus uenit etiā ex Italia,  
equis citatis, Cōmēdonus Cardinalis, mis-  
sus à Rom. Antistite, sed tūc uelut priuatā  
psonā gerēs, donec paulo post Io. Andreas  
Calligarus ei crucē de more legatiq; auctori-  
tate in comitijs nomine P̄tificio detulit.

DD 4 Nec

Nec alius quisquam, praeter hunc, eo munere in comitijs functus est, licet inter essent duo alij eiusdem cōetus, atque ordinis, uidelicet Augustanus, & Altempst, qui sanē ibi aderant, ut imperij Principes, non ut publicam prouinciam gerentes.

Cæsar in hoc tam graui bello, in quo de totius Christianæ Reipublicæ beneficio, ac salute agendum erat, Pontificis quoque supprias implorandas censuit, & idcirco misit Romam Reumillierum, qui libi erat a secretiori cubiculo, ut ei gratularetur de noua dignitate, ad quam recentis tum erat assumptus, ac etiam, ut ali quid ab eo presidijs, pro bello, quod in Turcas gerendum erat postularet. Is uero haud grauatae tum Cæsari ad quinquaginta milia nummūm aureorū pollicitus est, eamq[ue] pecuniam bina portione persoluit, quarum quidem postremam detulit Bilia, qui nuntius ad eum iuerat.

Interim Augustam profecti sunt Coloniensis, ac Treuirensis, ambo Electores, & Salisburgensis, Boioarius Antistes, Cleuen sis regulus, & duces Holtzstain, & Litriz. Paucis diebus interiectis, affuit etiam Augustus Elector, qui ē Saxonia, cū ampio, ac splendido illustrium virorum comitatu aduenerat. Item Gulielmus Vinariensis,

Geor-

Georgius Federicus Marchio Onoltzba-  
chius, Philippus Rhæni, Augustan, Car-  
inalis, & pleriq; alij nobiles Germani.  
Interim Cæsar diploma dedit quibusdam  
Principibus, qui hoc ab eo sibi dari postu-  
labant, inter quos fuit etiam magnus Ma-  
gister equitum Teutonicorum. Hic uero  
in publica sessione semper cedit archipræ-  
fulibus: At reliquos precedit. Horum au-  
tem equitum ordo initium habuit Hiero-  
solymis, postquam ea urbs iam esset recu-  
perata ex manibus Sarracenorum, ab He-  
rico Vualpoto, natione Germano, id est fuit  
Anno, ab humana Salute, supra millesi-  
mum, & centesimum, nonagesimo. Hic e-  
stum cum quibusdam alijs, qui eum comi-  
tati fuerant, sedem, ac domicilium sibi co-  
stituit Hierosolymis, & secum coniugem,  
suasq; fortunas detulit. Cum autem plu-  
rimos suæ nationis homines, illuc subin-  
deaduentare conficeret, ut uotum solue-  
rent, quod quidem erat, Christi sepulchrū  
deuotè inuisere, nec alio idiomate uti pos-  
se, quam patro, nullumq; hospitium ha-  
bere, illius misertus, ex sua domo Xenodo-  
chiū fecit, pauloq; pòst Patriarchæ auth-  
oritate, ibi cōstruxit Sacellum Virgini ma-  
tri dicatum, & illuc paulatim diuersi, ac  
plures, confluxerunt, eo animo, ut ægrotis

DD 5 ades-

adesserent, nec solum ex plebe, sed etiam pluri, & opulentis, & nobiles accesserunt, ibidem commorandi studio, hiisque deinde aucti, & numero, & uiribus, mutuo consensu, ad multò ampliora suum animum applicarunt, idque fuit, Christi religionem, ac fidem, ui, & armis tueri, ac propagare, adeò ut brevi tempore, Prussiam sibi subderet, eamque ad ueram fidem conuerterent. Cum autem, Anno à Salute restituta, M. D. XXV. suprema huius ordinis dignitas ad Albertum Brandenburgicum deuenisset, is enim uenit cum Sigismundo Rege Sarmatico, ut partem illius Provincie sibi assumeret, ipse uero alterius, quæ remaneret, Dux creatur, quo quidem impetrato, ab Imperio obedientia descivit, secundum totum ad præfatis Regis amicitiam, & societatem insinuauit. Cæterum, quia etiam in Germania, unde prius oriundi fuerant, multas opes & facultates habent, quæ ad hunc ordinem pertinent, nunquam desierunt eligere magnum Magistrum, qui deinde diploma Cæsarium, quod uulgo feudum appellant, acciperet. Ut uero ad incepsum redeam, horum Principum aduentus eò Cæsari gravior fuit, quo diutius exoptatus, ut iādem cum illis, de his omnibus, quæ ad publicam Imperij salutem, ac dignitatem pertinebant,

bant, quām primum decerni posset. Hos itaq; per humaniter, ac honorifice excipiebat, ipsi q; uicissim egregiam p̄f;e uoluntatem, ac studium erga Cæsarem ferebant, adeo ut ipse iam optimam spem conciperet, fore, ut sibi cuncta ex animi sententia breui succederent. Ne uero curiosis ingēnjs desit occasio diligenter considerandi gradus, & qualitates eorum Principum, q; eo tempore in his comitijs interfuerunt, *Quo ordine* equidem haud ab re fore putauit, si ordinē, *Germani Prin-* quo Maximilianū comitabantur, hīc pau- *Imperatorem* cis descripsero. *Præibant* igitur quatuor *comitabantur.* feiales, deinde legatus Imperij (Mareschal cum uocant) quem sane quatuor eodem ordine sequebantur, ex quibus, primi erat secundus genitus Bauariæ, à dextro latere, filius Bipontini, & filius Ioannis Georgij Brandenburgici. A' sinistro, filius Vuirtembergensis Reguli. Hos alij subsequebātur Boioariæ primogenitus, & Holstain à de- xtra parte, & à leua incedebat Ioannes Ge orgius Palatinus Zimmerensis. Tertio lo co ibant Vuirtembergicus, & Cleuenfis, Principes, & Dux Pomeraniæ, & à leua Marchio Badensis. Hos ponē Palatinus Vuolfgangus Bipontinus, & Boioarius in medio, & à sinistro latere Carolus Badensis. His succedebant duo Legati, & in medio incede-

incedebant Treuirenſis, & Palatinus, à Ix-  
ua afsiſtebat Albertus Thunius, Legatus  
Brandenburgicus. His omnibus praeuen-  
tibus incedebat Augustus Elector, ſolus,  
& manu enfeim gētabat, & ſeptimo loco  
erat Cæſar, ſecundū quem ibant Mogūti-  
nus, & Colonienſis, deinde Salisburgensis,  
ac Eiftatensis, Præfutes, & quidā alij, quos  
Abbates uocant, hoſque oinnes, aulici, ac  
generofi, pedites, & gradatim comitabantur.  
Cum uero Cæſar fētis diebus ædem  
ingrederetur, ut concioni, ſacrifici interef-  
ſet, Reguli, ac proceres, quos Protestantes  
appellant, illum ad templum uſq; comi-  
tabantur, moxq; ſinguli domum redibāt,  
ut ſuos concionatores audirent, indeq; ut  
ſuo munere ſūgeretur, ad eū reuerſi, ad pre-  
torium comitabantur, in quo à Cæſare ad-  
modum ſplendida regiaq; conuiuia inter-  
dum ſiebant, ad que utriuſq; ordinis Prin-  
cipes, tam eorum qui ad dicendum crea-  
dumq; Cæſarem ſuffragij iura obtinent,  
quam aliorum Germanicæ nobilitatis ad-  
mittebantur. Cum itaq; iam omnes con-  
ueniſſent, Imperator minimē ſibi amplius  
cunctandum exiſtimauit, quod minus ea, de  
quibus consultatio habenda erat, in me-  
diū proponeret. Cum itaq; omnes ſe-  
ptimo

DE BELLO PANNONICO. 6<sup>r</sup>

ptimo Cal. Aprilis, ex iussu & cōdicto Cē-  
laris in unum conuenirent, caulam expō-  
suit, cur is conuentus indiceretur, simulq;  
necessitatem declarauit, qua quidem co-  
gebatur, se cōtra Solymatum, Turcarum  
regem armare, atq; munire, quem certò cō-  
stabat, maximis cūm equestribus, tūm p-  
destribus copijs paratis, h̄scq; sanē maiori-  
bus, quam unquam hactenus habuisset, in  
Pannoniā uenturum, eo cōfilio, ut mox  
Viennam Noriciā inuaderet, cūmq; illa  
foret Imperialis sedes, urbsq; maximū mo-  
menti uiuersae Germaniæ, illis prospici-  
endum erat, ne quid omnino detrimentū  
pateretur. Nam præter iacturam, quæ p-  
culdubio ingens, ac incredibilis fuisset, ad  
eos omnes summum planè dedecus, ac i-  
gnominia redundaret, nisi Germania tam  
florēs, atq; inuicta Regio, in tam graui pe-  
riculo, debita, & necessaria præsidia oppor-  
tunè adhibuisse, ob quæ ipsi ad hos tam  
soleennes conuentus accersebantur. Ab his  
itaq; plurimis cohortationibus, ac preci-  
bus contendebat, ut cæteris controuersijs,  
& rebus omnibus postpositis, tātū huic  
præsenti negotio animum intenderent,  
atq; articulum de auxilio præstando, quod  
plus reliquis omnibus tum premebat, ci-  
stra moram exequerentur, omnesq; in bellis  
appa-

apparatum animos intenderent. Commis-  
morabat pristinum eorum studium, & uit-  
tutem, quam superioribus annis erga Ca-  
rolum V. & Ferdinandum patrem ostend-  
erant, quoties ipsi, ab eodem hoste lacel-  
siti, ad illorum opem confugerant, quidq;  
etiam illorum maiores erga alios Cæsares  
effecissent. Se igitur minimè uererū aiebat,  
quā eodem studio erga se afficerētur, quō  
associatis viribus, Imperij maiestas, & am-  
plitudo illæsa permaneret. Hoc autem si  
agerent, se quoq; uicissim operam daturū,  
ne tāti beneficij memoriam ex animo un-  
quam obliteraret. Vbi Cæsar perorauit,  
Boioarię Princeps, illius nomine hos arti-  
culos proposuit.

Vt in Comitijs tractaretur de modo ex-  
pellendi hæreses, nō comprehensas in pa-  
ce religionis, at prohibitas.

Vt auxilium postulatū pro defensione  
contra hostem, forent octo millia equitū,  
& quadraginta milia peditū, quibus pe-  
cunia per octo menses, postea per tres an-  
nos continuos minus dimidia portione  
solueretur: sed hoc totum esset in signata  
pecunia, quæ tota, prout fese belli offerret  
occasio, impenderetur.

Vt ageretur de reformanda curia Impe-  
riali in urbe Spira, & obseruaretur, quod  
ibi

Propositio  
Maximiliani  
per Ducem  
Bauariae.

ibi sancitum esset.

Vt procuraretur conseruatio publicæ quietis, & obseruantia eorum ordinū, qui ad monetam spectant.

Vt sedarentur controversiæ quorundā Principum in ordine præcedendi exortæ. Postremò, ut subditis, qui erant in ditione, quæ uulgò de Finali appellatur, Cæsareo edicto iniungeretur, ut quām primum arma deponerent, & hanc ob causam ē uestigio mitteretur unus ex consiliarijs, cū prefecto Tridentino. Ex his omnibus articulis, nullus æquè tam opportunus, & urgēs videbatur, atq; articulus de auxilio contra Turcas, in quo quidem tanta in singulis Principib; qui tūm ibi aderāt, promptitudo, animorumq; propensio cernebatur, ut præter oblata subsidia, ex his pluriq; se in hanc militiam sponte ituros reciperent.

Quod ad postremum spectat, exemplò procuratū est, misso D. Parthino, qui Cæsar is consilijs adhibebatur, ut eius auctoritate atq; prudentia omnis lis, & controversia in ea regione dirimeretur. Summo quoq; studio ibi allaboratum est, ut fieret conciliatio inter Sueciæ, ac Daciæ Reges, grauiç pæna utriq; iniunctū, ut arma desponerent, & publico decreto sancitum, ne quispiā ex Germanis pcerib, ullā eis opē,

*Germaniæ  
Principes q  
maximè prō-  
pti ad suppe-  
tiat ferendas  
Cæsari contra  
Tuream,*

ac suppetias ferret. Cæterum, his omnibus nihil omnino effici potuit, quia subinde inter se acerrimis odijis dimicabant, omnemq; pacis conditionem uterq; aspernabatur. Principes, re inuicem deliberata, statuerunt, se Cæsari per octo menses tria auxilia Romania, id est, duodecim millia equitum, & peditum uiginti millia, & per biennium, & dimidium anni, quatuor equis tum millia concessuros. Is uero, se tribus Romanis auxilijs contentum ostendit: At pro ultimo auxilio, quod quidem erat duorum annorum cum dimidio, rursus petiit, ut saltem per triennium, sumptis octo milibus pro quoquis anno, darent dimidium trium annorum Romanorum, quod tandem ipsi admodum libenter se facturos pollicebantur, eaq; in re Cæsari plurimum gratificati sunt, iscq; omnibus, ac singulis proportionate, summas gratias egit, scilicet perpetuo illius memorem futurum recepit. His

Couentus ha- dem quoq; temporibus, Archidux Caro-  
bius Posonijs, lus alia comitia Posonijs indixerat, in qui-  
& Viennæ bus astuerunt proceres Hunnici, quos quis-  
p Archiducē dem tam benignos, & faciles inuenit, ut o-  
Carolum. mnibus eius postulatis assentirentur, scilicet  
una in eam expeditionem prosecturos di-  
cerent, si aut Cæsar, uel quispiam ex eius  
germanis

germanis fratribus, huic bello interessent. His confectis, recta in urbem Viennam iter tenuit; ibique hoc idem ab Noricis Proceribus impetravit. Præterea ibi fancitum est, ut quævis domus florenum traderet. ut Nobilis, cui essent redditus centum flororum, suis sumptibus equitem aleret. Ut Viennam opifices mitterent, quorum opera inchoatae munitiones perficerentur. Ut nemo ullum famulū acciperet, nisi ab eo, cui prius inseruierat, suę integratatis, ac fidei testimonium habuisset. Ut quintus quisque, decimus, actrigesimus ad bellum in Turcas mitteretur, &c.

Sub finem comitiorum, Augustus Elec̄t̄ solitis cæmonijs publice à Maximiliano diploma suscepit, eaque pōpa fuit admodum splendida & insignis. Nā cum eo erant circiter mille, & quingenti equites, quād egregiè instructi, cū tredecim signis, quorū duodecim novo quodā genere spectaculi, ex quodā editioni loco, quē ob id consulto parārant, à caduceatoribus in ulti gus projecta sunt, ea sane conditione, ut q̄ ea integra arripuisset, nec essent lacera, redditus haberet quotannis centum florētrū, donec uiueret, idque prosperæ fortunæ contigit cuius puerο stabulario, q̄ in tāta hominum turba, unicū uexillū integrū, & o-

EE mni

mni ex parte illæsum arripuit, & seruauit.  
Ducū quoq; Vienariēsiū legati suorū Prin-  
cipū nomine, diploma, & communes titu-  
los acceperūt, idemq; traditū est Palatino.  
Triduū antea uenerant ad Cæsarem qua-  
tuor Heluetiorū Oratores, quorū tres Ro-  
manum dogma p̄fitebantur, & alius erat  
Rheticus, missus ab urbe Curia, cui erat  
quædālis cum antistite. Hisdē diebus ad-  
uenerunt etiā ex Italia, Gulielmus Gonza-  
ga, Dux Mantuanus, nec multō post, Ema-  
nuel Philibertus, Allobrogum Princeps.  
Horum aduentus partim extitit, ut Cæsa-  
ri præsidium in ea expeditione offerrent,  
partim etiā, ut decideretur, & grauiis quæ-  
dam lis exorta (ut paulo ante dictum est)  
inter utrūq; ppter urbis Casalis, quæ est  
Montisferrati caput, ditionem. Hæc qui-  
dem inchoata olim fuit inter ipsorum pa-  
rentes, ac etiā Franciscum Salassum, & de  
ipsius hereditate diu magna competitorū  
cōtentione facta, resq; tādem eō decidit,  
ut post multas controuersias, Carolus V.  
italitem diremserit, ut secundum Federici  
eius matrimonio fuisset soror Bonifacij, q;  
ex lapsu currētis equi, absq; prole perierat,  
ideoq; non obscura hæres fraterni Imperij  
habebatur. At reliqui hoce gerrimè rule-  
runt,

ruunt, & ppterēa Sabaudius minimē huic sententiæ acquieuit: at plurimis rationib. suis suū repetit, eamq; ad se pertinere contendit. Peridem tempus aduenit etiā Al- tēpis Cardinalis, & paulo pōst presul Rhei mēsis, prior quidē ex Italia, & alter ex Gallijs, huiusq; aduentus erat (uti ferebatur) ob nuptias de quibus suprà narratū est. In his comitijs tertio Idus Maij fuerunt pu- blicē proscripti, Gulielmus Grimpachijs, Gulielmus à Stein, Ernestus Man- deslaus, & quidā alij eiusdē factionis uiri. Iā restabat solus articulus religiōis, de quo ageretur. Sed habita ratione tēporis, ac pe- riculi quod à Turcis imminebat, ex cōsilij decreto statutū est, ut in aliud tempus ma- gis opportunum differretur, & procura- tum est, ut quāmprīmū bellica instru- menta, & promissa auxilia pararentur. Dū hæc in Vindelicia gererentur, Vayuoda, qui tum erat Albæ Iulæ, subinde maiores copias instruebat, & uirib. augebatur. Seri- pfit etiam literas ad urbes, proceres, ac nobiliores, qui erant in diuersis partibus Hungariæ; quibus eorum animos ad sui studium pertraheret, & plurimis rationi- bus suam causam, & innocētiam tueri an- nitebatur. Titulus erat huiuscemodi. Io- annes Secundus, Dei gratia, Electus Rex

Vayuoda scri-  
bit proceribus  
Hungariae.

Pannoniæ, Illirici, Croatiæ, &c. Spectabilibus, Magnificis, egregijs, nobilibus, nobiscq; syncere Dilectis, Salutem, & gratiæ nostræ erga uos beneuolam oblationem. Literæ continebant, Turcarum Imperatorem, per literas, quas Zuisio Legato ad eū dederat, sibi seriò mandasse, ut uniuersos status, atq; ordines Regni Pannonici, ad fidem, atq; obsequium sibi prestantum, beneuole hortaretur, & pergratum sibi fore, si mutuam inter se concordiam amplectentur, eamq; cōstanter fouverent, ac suum obsequium erga se paribus uotis contastarentur. Inde enim afficti Regni Hungarici publica conseruatio, statuum, atque omnium ordinum quies, ac tuta unicuiq; in suis sedibus permanfio emergeret, neque tā Turca toties instruere militares copias, bellumq; tantis sumptibus parare, nec tā laboriosa, tamq; longa itinera fuscipere coheretur. Illos itaq; admonebat, ut opportunè resipiscerent, antequam ipse intralimites Pannoniæ suis copijs penetraret, ne dum eius vires intra uiscera Regni curfarent, frustrâ salutem meditarentur. Nos igitur ( inquit ) pro nostri muneris functione, ac propensa beneuolentia, qua erga Rempublicam afficimur, & Pannoniæ tueri, & publicum excidium propulsare eniti-

enitimus, deçps benigno potentissimi Cæsar's mandato respondere uolentes, universos Regulos, Proceres, atçps alios cuius- cunçps status, atçps ordinis existat, officiosè, ac benignè adhortamur, ut immensa diui- ni numinis bonitate perpensa, quam per summum monarcham toto orbe præpo- tentem, uobis offerre dignatur, simulçps pu- blicum bonum, & cōseruationem Regni, personarum uestrarum, liberorum, fami- liæ, & cunctarum rerum ad uos pertinen- tium, tutam item, & securam in uestris se- dibus quietem, ob oculos habentes, iam tandem resipiscatis, & nobiscum Reipub. administrationē opportunè capiatis, dūçps licet, liberis uestris, fractisçps rebus commu- nis patriæ succurrere, illam ab imminen- tibus potentissimi Principis copijs, obse- quio, & fide uestra erga nos propugnare, hostilia bellorum molimina, & barbaricas iniurias euitare satagatis. Quod uero ad se, suamçps solitam clementiam erga eos at- tinebat, se daturum operam aiebat, ne un- quam ipsum posthac sui dissimilem expe- rirentur, quin etiam se apud Solymanum cotius Pannonicī Regni salutem, & inco- lumentatem, totis uiribus promoturum es- se, nihilçps omisurum, quod ad concordia- am Christianæ Republicæ, Patriæçps, ac

in eos, qui sui beneficiarij essent, munus, pertinere animaduerteret. Cum certe igitur, atque arduæ causæ instarent, de quibus cum suis fidelibus, regni que primatis bus, conferre, ac decernere oporteret, se cōmunicatis omnibus consilijs cum suis legatis, alijsq; præstantibus uiris secum existentibus, decreuisse, ad proximam dominicam Reminiscere, quæ erat sexto Idus Martij, Thordæ comitia indicere, ad quæ sanè omnes Pannoniæ Satrapas, primores, ac universitatem trium nationum Transyluaniae, ut accederent, hortabatur, quod ibi e communi consensu de cunctis negotijs imminentibus constitueret.

Quoniam uero, si ipsimet adesse cogarentur, maximos sumptus impenderent, ut hæc occasio demeretur, ab eis petebat, ut quatuor viros prudentia, & authoritate præstantes, illuc transmittent, quibus omnis rei transigendæ ius, & facultatem concederent. Illos itaque amicè, atque amanter cohortabatur, ut literis perfectis, hos statim ex suis comitatibus eligerent, quos huic prouinciæ aptiores, magisque idoneos iudicarent, eosq; citra moram, ad ea comitia destinarent, nec secus agerent, si Patriæ dignitati, ac salutis uellent prospicere,

Cum

# DE BELLO PANNONICO. 7

Cum Transylvani epistola per Pannoniā, & finitimas Provincias diuulgaretur, Schuendius, qui tūm temporis iuxta oppidum Vnguarum suis copijs morabatur, aliam protinus cōscribi, & promulgari iussit, atq; id factum est quarto Non. Martij, Anno sexagesimo sexto, elusq; in iūtum erat. Sacrae, Augustæ, Regiaeque Maie Lazarus statis copiarum Dux supremus, & Confiliarius, Lazarus Schuendius, spectabilis fratre Princebus, magnificis, egregiis, nobilibus, Comitiū ribra Parvissimis, Vicecomitibus, Iudicibus, & universitatē nobilium Hungariæ, &c. In literis autem narrabat, ex plerisque Comitatibus, ad eū nuper missas fuisse literas Principis Transylvanicæ, plenas speciosis p̄textibus, & fucis, quibus conabatus fideles subditos, Sacrae, Augustæ, Regiaeque Maiestatis terrere, quasi Turcarum tyranus de Hungariæ salute, & conseruatione quicquam pensi haberet, cum iam ducentis annis, & amplius, ille, ac eius maiores, nihil magis unquam studuerint, quam, ut præclarissimum illud Regnum non modò tui, & armis, uerum etiam internis insidijs, & dolosis artibus euerteretur, ac funditus interiret.

Etsi uero nihil se dubitare aiebat, quin ipsimet pro eorum fide, ac prudētia,

proq; imminentis periculi magnitudine,  
huiusmodi fraudes, ac imposturas perfa-  
cile considerare, ac detegere possent, illos  
tamen literis admonendos putauit, & si-  
gnificare uoluit, Cæsarem, nihil haec tenus  
magis quam pacem cum Turcis, & Tran-  
syluano quæsiuisse, quæ etiam cum ipsis  
modo constitisset, nisi calumnijs, ac per-  
uersis instigationibus prædicti Principis  
Transylvanicu*m* fuisse impedita, cum ca-  
men ipse tota illa hyeme tam seuerè indu-  
cias seruatas uoluerit, ut expugnationem  
aliquorum oppidorum, & arcium, quin  
etiam ipsius Transylvanicæ inuasionē ne-  
gligere, & communi tranquillitatí illius  
tam afficti Regni posthabendam duxerit.  
Cæterum, si paci, de qua tūm agebatur,  
nullus locus relinqueretur, eis tamē haud-  
quaquam uerendum esse, quin Cæsareo-  
rum tutelam, & protectionem susciperet,  
ipsumq; Germanorum Principum ope,  
ac etiam exterorū, quibus Christiana  
religio, & libertas cordi est, satis uirium, ac  
præsidij habiturum, ut hostiles conatus  
euerteret. Itaque bono, & fidenti animo  
eos esse iubebat, nihilq; de pristina fidelis-  
& Patriam remitterent, cum illud bellum  
non modo iustum, ac legitimum foret,  
uerum,

## DE BELLO PANNONICO. 71

uerūm etiam pernecessarium, quippe pro religione, artis, & focis, ideoque prosperum, ac fœlicem euuentum sperarent. Contrà uero ipsum, qui tantarum calamitatum fons, atque origo esset, debitas olim pœnas datum. Postremò, ex Cæsaris præscripto, universis mandabat, ut posthac cum Transyluano, nihil prorsus commercij haberent, nec ad eius conuentus quemper legarent, nisi pro contumacibus haberi uellent, & grauissima supplicia experiri. Suprà commemoratum est, Transyluanicum exercitum nouis copijs adauctū, Idē sanè tum à Byzantinis agebatur, hisque uarijs excursiōnibus, Pannoniam infestare incœperant, & omnem occasionem abripere, qua Cæsarjanis aliquid incommodi afferrēt. Hinc accidit, ut, cùm forte audirent, præfectum oppidi, quod incolæ Ainaſchum uocat, cum præcipuis militibus, Agriā, quorundam negotiorum causa, profectum esse, ipsi proximo die, qui fuit IX. Cal. Maij, & diui Georgij memoriae sacer, scalis ad montis, oppidum uj occuparint, & uniuersos, qui tum ibi aderant, interficerint. Isdem quoque diebus oppidum Segestum oppugnare statuerant. Cùm itaque ad illud proupius accederēt, Nicolaus Serinus, qui paulo ante ex aula Cæsaris illuc redierat, re

EE , ani;

animaduersa, protinus hostē cum suis ad-  
ortus est. Conflictus utrīq; acer, atq; hor-  
ribili cū clamore, ac impetu inceptus est.  
Isq; uario euētu ad quatuor horas produ-  
ctus: sed tandem hostes in fugā uersi sunt, &  
plurimi eorū cæsi, ac uulnerati. Hoc autē,  
ubi auditū est ab his Turcis, q; erāt in pxi-  
mis pagis, & in ea urbe, q; à quinq; templis  
ibī cōstitutis, nomen accepit, protinus me-  
tu percussi, aufugerunt. At propé Iulam,  
Iauarinum, & reliqua loca Pannoniae p̄-  
dabundi excurrebant, & nouarum uirium  
aceſſione audētores facti, plurimis dam-  
nis atq; incommodis nostros subinde af-  
ſiciebant. Ob has igitur causas Cesar, que  
cunq; ad bellum utilia, & opportuna pro-  
ſpiciebat, ſedulō, atq; impigre parabat, his  
que militaribus p̄ſidijs, que à Germanis  
proceribus perierat, impetratis, circa finē  
Mañ comitia diſſoluit, omnibusq; abeūdi  
facultate confeſſa, cohortium centurion-  
bus, ac p̄ſectis, ut milites paſſim conſcri-  
berent, iniunxit. Horū autē p̄cipui fuerūt  
Georgius Helfenstein, Nicolaus ab Hat-  
ſatt, Gulielmus Vuellerthunus, Philibet-  
rus Marchio Badensis, Ludouicus Vn-  
gnad, Burchardus Barbi, Iacobus Schelle-  
bergus, Christopherus Schellendorfus,  
Georgius Praun, Gūtherus comes Schuar-  
zenbur-

Zeburgius, Christophorus Liechtenstain,  
 Bernardus Hardecus, Zaccharias Grübergus,  
 oēs Germanicē stirpis, & uiri, cū gene-  
 ris amplitudine, tū bellica uirtute prestantes.  
 Solutis itaq; comitijs, & imperij prin-  
 cipibus Augusta discedentibus, nec nō fin-  
 gulis alarum centurionibus, ad suā munia  
 profectis. Maximilianus etiam inde eum  
 suis abiens, ad Viennam iter intendit. Pris  
 usquam uero de his rebus orationem in-  
 stituam, hūc adiciendum putauī, quę pba-  
 ti authores, cū de hac urbe, cū de p̄uincia i-  
 psa, in qua hęc cōtinetur, literis mādārunt.  
 Austrīa sub nomine Pannonię superioris,  
 his uerbis describit Georgius Ritheyme. *Austria de-*  
*rūs: Pannonia (inquit) supior ad solis ortū scriptio.*  
 Leythę fluuiio iūgitur, Ptolemyus huic Ra-  
 bonem ab ortu terminū statuit, Onaso flu-  
 uio, & Norico adoccasum. Sunt qui Cerio  
 monte ab eo cardine finiūt. Teiū fluuiū, &  
 Morauiā à Septentrione: nam eo usq; ho-  
 die protenditur. Ab ea parte, qua decurrit  
 sol, Montana Styriæ, gleba uber, & fertilis  
 omni genere frugum, & quę minimo im-  
 pēdio colitur. Vili etiam, & strigoso equo  
 agricola in eo tractu, qui Cāpus Transda-  
 nubianus, siue Marchianus dicitur, ubi o-  
 lim Chetuari, & Parmecampi fuerūt, terrā  
 arat. Marga, citra quam, agri in Bauaria  
 infœ-

infœundi, & macri sunt, quid sit, Austriae  
cis incognitū est. Crocum ita generosum  
gignit, cum quo nullum aliud de bonitate  
certare potest. Vinum naturæ amicum. Vr-  
bes, & antiquæ, & nobiles, multæ, max-  
imè tamen insignes, Styra, Vadenhoffum,  
Melicum Castellum, antiquitus Claudio-  
num, Cremisium, Cetro castellum, hodie  
Zeisselmaur, Santohypolitus, Neuburgū  
duplex, alterum à cœnobio, à frumento al-  
terum dictum. Petronella nunc uicus, ma-  
gnæ olim urbis, id quod rudera, & ruinx  
indican, uestigium. Noua ciuitas, Prut ad  
ripam Leythæ fluminis situm. Hamburga,  
omnium tamen maximè insignis Viennæ,  
olim Flauiana, sive Iulio bona dicta, studio  
literarum admodū nobilitata, & quo, nul-  
lum aliud præstantium Mathematicorum  
ferax fuit. Eam uineta coronant. Aedes ci-  
uium magnifice, ut uel Principes hospites  
accipere possint, & quæ fenestris patentia-  
bus uentos accipiunt, & transmittunt, nec  
unquam aëre pigro, & manente, eò quod  
singulæ singulas areas habet, ingrauescunt.  
Frequens alienarū nationum ad hanc con-  
uentus. Rerum, quæ tuendæ hominis uitæ  
necessariæ sunt, magna copia. Flumina Au-  
striæ sunt Danubius, olim regionis termi-  
nus, nunc medius eam secans. Onasus,  
Trau-

Thraunus, Erlaphus, q̄ ad cellā tēplo Virginis matris insignē ex lacu amoenissimo oritur. Traisius, Ypsius, Melicus, Marchia, Ceius, qui Morauiam ab Austria disiūgit. Cāpus uario genere piscium nobilis, Leytha, &c in quo scitissimi saporis cancri.

Hactenus Rythaimerus. Lazius uero in suis rerum Viennensium commētarijs, hæc inquit: Austriæ nomen recenti seculo natū est, ante annos circiter quadrin gentos, ab Austri(ut credo) uēti flacu, qui ista in regione frequens est, uel ob similitudinē Germanæ appellationis Osterreich, quod uerisimilius mihi uidetur, quod nomen Orientali Regnorum suorum limiti Francorum reges indiderunt, ceu & occidentalī Uesterreich. Habuit hæc regio olim Marchiones, postea Duces, deinde Archiduces, quibus hodie paret. Huius regionis insignia olim erant quinq; Alaudæ Aureæ in cœlestino clypeo pictæ. Sed Lupoldus Marchio, hoc nomine quintus, à rei euentu ab imperio cōcessa, noua usurpauit insignia, rubro, & albo coloribus distincta, quod ita totus suffusus sanguine, in expugnatione Ptolemaides fuisset, cingulo tenuis duntaxat (quod album corpus intersecabat) à crurore immunis. Hæc mōdō de Austriacis rebus. Iam ad institutum

opus

opus reuertamur. Cesar, ut primū Vien-  
nam profectus est, omni studio satagebat,  
ut quæ bellicæ administrationi, usui futu-  
ra essent, quæc sibi Germaniæ Principes  
polliciti erant, maturè perficeretur. Audi-  
uerat enim, & multorum cum literis, tum  
huntijs confirmabatur, Solymanum, non  
modo indixisse bellum Hungariæ, sed Byz-  
zantij omnibus rebus ritè dispositis, ibiç  
firmis præsidij relictis, inde cum exercitu  
iam egressum esse, magnisç itineribus cū  
septuaginta millibus hominum armatorū  
per Sophiam, Mæsiæ urbē, & Nissiam, in  
Bulgariā uenisse, pmissis Alypartau pur-  
purato, multisç Sanzachis(hi autem sunt  
provinciarum præfeti) cum aliqua parte  
copiarum, & præcepisse Bellerbecho Asiæ  
minoris(hos Turci magistros equitum ap-  
pellant) ut transiens cum suis copijs per  
Gallipolim, secum deinde iungeretur. Eū  
uerò Taurunū uersus rectâ cōtēdisse. Hūc  
autem, ut appulit, Rex Ioannes, qui eius  
aduentum diligenter obseruabat, statim  
ad eum, honoris causa, profectus est e-  
gregio multorum procerum comitatu se-  
ptus, & ubi illuc puenisset, atq; ad eius p-  
sentiam admitteretur, confessim tutelarem  
eius dexterā osculatus est, plurimasq; gra-  
tias egit, quod se, suū clientē ab externa in-  
iuria

## DE BELLO PANNONICO. 77

Iuria cōstanter tueri pergeret, moxq; illi p-  
sperā rei bene gerē fortunā p̄catus, nō  
nulla munuscula, quę dedita opera, secum  
detulerat, reuerēter exhibuit. In his autem  
erant plurimae ac uarię gemmiae haud sanè  
vulgaris p̄t̄. Suendius interim oppidū Hust oppidū  
Hust dira obsidione prethebat, cumq; de obsidetur à  
Solymanni aduētu certior fieret, undiq; a Schuendio.  
crius oppugnabat, ut illud occuparet, pri-  
usq; nouis auxilijs aduētancibus, obsidio-  
nē soluere cogeretur. Biduō, anteq; Cæsar  
Viennā petiſſet, prætor Budanus VIII.  
Id. Jun. Palotam oppidum, quod octauo  
lapide lauarino distat, & uicinū Albae Re-  
gig, magna manu obsedit, perq; octiduum  
tā acrīrer ab hoste oppugnatū est, ac mēnū  
sic æneis tormentis concussa, ut illis ferme  
disiectis atque disruptis, præfidiarij mili-  
tes iam sibi extrema pericula instare me- Georgius  
tuerent. Huic præerat Georgius Thurige- Thurigerus  
rus, vir sanè impiger, ac strenuus, qui, cū nubatatus,  
oppidum circumiret, quæq; ad loci propu-  
gnationem attinebant, summā cura, & ui-  
gilantia prouideret, ferme lethaliſter in fœ-  
more uulneratus est, à lapide è muro desi-  
liente, quem globus tormentarius ferierat,  
nec parūm de illius salute dubitabatur. Et  
sanè, si obijſſet, maxima omnino huius viri  
factura extitilſet, cū ipſe, ut murus aheneus  
omnes

Omnes turcicos impetus persepe' ante a sustinuerit, & pro uirili auerterit, uti pauld ante istam obsidionem fecerat. Hostes enim, qui Albam regiam tuebantur, una cū illius oppidi praefecto, quem ipsi Bekum uocant, usq; ad urbis portam est insequutus, adeo, ut illi tegumentum ex capite excusserit, & nonnullos eorum coepérit. Quā uis autem uulnus illud graue admodum, & periculosum fuerit, eo tamē breui sanatus est. Turca interim obsidionē urgebat, arcemq; durissimē oppugnabat, prēcipue muralibus tormētis, ita ut circiter septingenti globi ab oppidanis colligerentur, iamq; locus omnino expugnatus uidebatur. Ecce autem, dum obfēsis pērexigua, uel potius nulla spes salutis iam relicta uidetur, se protinus omni hostili metu id quē præter spem, ac de improviso) erexit. Huius autem beneficij præcipua causa hęc fuisse dicitur. Audiuerāt, nostris bellica præsidia transmitti, & ob id tā pertinaciter instabant, ut oppidum ante nostrorum aduentum expugnarent. Idibus Iunij uenerunt Iauarinum duodecim peditum signa, duce Georgio Helfensteinō. Proximo die Iauarino circiter octoginta currus cum fermē nongentis peditibus, emissi sunt, quibus ligna, & pleraq; alia innu-

usui opportuna, in oppidum deferrent. Hanc turbam, ut primum Byzantij speculatori consipici sunt, statim eorum duci significarunt, innumeris copias aduentare. Is territus, uesperi obsidionem soluens, cum suis copijs aufugit, ablatis secum tormentis, quibus oppidi mœnia quatiebat. Vnum, quod erat ex præcipuis, perfregit, atque ibi frusta reliquit, cum quadraginta cadis, plenis sulphureo puluere, ac totidec, in quibus farina deuehebatur, & tentoria, multaq; alia impedimenta, quibus oppidi, ac milites potiti sunt. Mœnia bellis machinis ferme omnia disiecta. Hi uero qui ab oppugnatione recesserant, castra locarunt propè Albam Regiam, & interim à nostris auxilia in oppidum intromissa sunt, & architecti, qui uidерent, num locus foret instaurandus, nec ne, uel solo æquādus. Hæc, atq; huiuscmodi pericula, quæ quotidie in diuersis partibus Hungariæ imminebant, effecere, ut quæ ad bellum sustinendum attinerent, matutius pararentur. Itaq; iam erant in promptu quatuor legiones Germanici peditatus. Prima, duce Remero, altera, duce Balderduno, tertia, Georgio Helfensteinio, & postrema, duce Polluulero. Quod uero ad equitatū spectat, audio ex fide dignis, numerum fuisse

FF supra

supra uiginti millia eorum, quos nigris  
uocant, & quatuor millia ex Hunnica na-  
tione, hicq; omnes egregie ad pugnam in-  
structi. Ex Allobrogib. aduenere quadrin-  
gēti equites sclopettarij, quos miserat Sa-  
baudiæ Princeps, ac etiam accessere plu-  
rimi alij equites, ac nobiles aduentitiij, qui  
ex diuersis locis Europe profecti, suis sum-  
ptibus Cæsari egregiam operam in ea mi-  
litia præstiterunt, idq; duntaxat Christia-  
ni nōminis, ac Reipublicæ laudisq; studio

Multi Prince-  
pes atq; urbes  
Italiæ, ac nonnullæ urbes opulentæ, ac ce-  
libres suum studium erga Cæsarem decla-  
sus petiit. Ma-  
ximiliano cō-  
tra Turcam. numerata illum adiuuarunt. Coſmus He-  
truriæ Princeps, tria millia peditum ad eū  
misit, qui omnes illius impensis alebātur.  
Alphonsus Atestinus, Ferrariensiū Dux,  
præter pecuniam ei mutuo datam, cuius  
summam centum & quinquaginta millia  
nummūm aureorum fuisse narrant, quos  
Cæsar ei promiserat in dotem suæ sororis,  
quam ipse paulò antè in matrimonium  
duxerat, uoluit etiam huic bello interesse  
eum splendido nobiliū, & fortissimo-  
rum virorū comitatu, sicut inferius enar-  
abitur.

Ma-

DE BELLO PANNONICO. 83

Maximilianus interim, iussit præpara- Clas̄is Maxi-  
ri super Danubium, duodecim triremes, milianis.  
ac triginta naues onerarias, quæ sanè sic  
aptabantur, ut nulla sagittarum ui lædi  
possent, ac etiam desuper imposta fue-  
runt plurima diuersi generis tormenta,  
cum globis, & puluere tormentario, ac in  
eis aderant tria millia peditum, qui ferè o-  
mnes constabant ex Italica natione. Clas-  
si autem præerat Blachus Germanus, e-  
ques Rhodiae militiæ.

Reliqua pars exercitus, ducebat su-  
per curribus uarias machinas militares  
haecque Iauarinum deferebantur, quia ibi  
omnes copiæ in unum cogi debebant. In  
Norico, uniuersis nobilibus, Cæsaris edi-  
cto iniunctum est, ut singuli proprio  
sumptu in eam militiam se accingerent,  
cum certò constaret, Solymanum, licet  
iam senem, huic expeditioni interfutu-  
rum, ideoque omnibus etiam prætoria-  
nis, & aulicis hominibus mandarat, ut in  
promptu essent. Turcarum exercitus  
in plures partes diuidebatur. Pars enim  
erat propè Albam Regalem, pars iux-  
ta Sigethum, ubi expectabatur præ-  
fectus Asix minoris (hunc ipsi Bellerbe-  
chum uocant) quem, rumor erat ad illius  
FF. 1 oppidi

Turcarū exer-  
citus in pares  
partes diui-  
ditur.

Vesperinum  
obsidetur à  
Comite Sal-  
menſe.

oppidi oppugnationem uenturū, ut certè aduenir. Interim Eccius à Salma egressus est Iauarino, cum posteriori parte suarum copiarum, uenitq; Palotain, quæ quotidie instaurabatur, ibiq; commeatu, ac necessarijs præsidij relictis, iussit aliquot equites, inter quos & ipse fuit, iter capere ad Vesperinum, urbem amplam, sed non ualde munitam, quæ quidem duo milia passuum aberat, ut eius situm subitis eruptionibus explorareret, integer autem exercitus unius milliaris interualllo sequeretur. Præsidarius miles, ut primum nostros adesse cognouit, statim ex arce duo maiora tormenta evacuit, ita ut illorum displosione concussa mœnia corruerint. Eccius bonum, & faustum omen inde accepit, utquæ agmen confessim sequeretur, iniunxit. Oppidum enim haud sine Diuūm numine paruo negotio expugnandum. Castra illicet subsecuta sunt: sed noctis interuētu, res in proximum diem dilata. Hostes interim, ruinā illam noctu resarserunt, & loca diruta de nuo summa celeritate instaurarunt. Cæſariani tamē, scalis oppidum undiq; aggredi, hostem ex muris deiecere, indeq; missilia, testasq; sulphure, ac pice ardētes, in interiora urbis cōlecerūt, ac etiā portas igne combuserunt, & uigiles trucidarunt. Qui erant

erant ex præcipuis, metu consternati, sese  
in arcem, ac intra fornices abdiderant. Sed  
postea inuenti, et si necessitate adacti, dedi-  
tionem offerebant, omnes tamen ad inter-  
nationem sunt occisi. Cum itaq; iam uni- *Vesperinum*  
uersa urbe potiretur, nostriq; victores per *occupatum à*  
oppidum obambularent, circiter quinq;, *Cæsarianis.*  
aut sex, uiui in angulis reperti sunt, atq; hi  
tantum in columnes seruati. Copiarū præ-  
fectus idcirco ea inclemētia usus est, quo-  
niā ipsi paulo antē plurimos, quos prius  
apud se habuerant, captiuos, crudeliter in-  
terfecerant. Htē nonnulli ex proceribus  
capti sunt, & statim in arcē Posoniū trans-  
missi, ut illē tutō ac diligēter custodirētur.  
Salmēsis, relicto Vesperini Georgio Thu-  
rygero, cū aliqua manu militari, protinus  
indē cum suis copiis Iauaritum rediit. Pa-  
lotam uero milites Germani tutabantur.  
Interea præses Budanus ex Alba Regali  
Budam contendit, ut ibi quæ bello usui fo-  
rent, sedulū & maturè prospiceret. Dum  
autem hæc fierent, miliīes qui propugna-  
bant oppidum Leuentium (hic locus non *Cæsariani eā*  
procul abest à montanis castellis) egressi, piūtur à Tur-  
ut hostē inuaderent, ab eo per insidias cir- *cis per insi-*  
cumuenti sunt, pluresq; illorum partim *dias.*  
vulnerati, & partim capti, inter quos fuit

*Bartholomaeus Horuatus.* Bartholomæus Horuatus, vir eximia viri  
tute, ac rei militaris peritia, idque omnes ue-  
hementer angebat. Inter Iauarinum, &  
Comaram, est oppidum, quod vulgo Tat-  
tam vocant, ex quo quidem Cæsarianis,  
qui erant in proximis locis, plurimum da-  
mni, atque incommodi inferebatur. Id ual-  
de exiguum est, & distat a Danubio intror-  
sus contra Comaram, paucis milliaribus  
Hungaricis, olimque Theodatum voca-  
tur. Salmenis undevigesima nona die  
Iulij, & prima luce, Iauarino cum suis co-  
pijs egressus, illuc circa solis occasum per-  
uenit, eo consilio, ut eum locum expugna-  
ret. Ut primum itaque oppidum undi-  
quaque obsidere incœpit, statim quendam

*Facta oppidū  
obsidetur à  
Comite Sal-  
mensi.* ex Turcis, de facie, ac nomine sibi probatum  
cognitum, accersiri iussit, eiique publica fi-  
de incolumitatem spopondit, & mœni-  
um defensores id lubens permisere, ut  
quid sibi uellet, liquido intelligerent. Huic  
Salmenis dixit, eos omnes, saluis rebus,  
atque incolumes dimittendos, si ultroneam  
deditonem facerent: at ille respōdit, præ-  
sidij milites eo animo esse, ut nihil minus,  
quam ea de re cogitarent, cum præcipue  
Budensium præfectus & coram, & per  
nuncios, matura ope se illis affuturum re-  
cepisset.

cepisset. Sed tamen militi extemplo indicaturum, ut quænam esset ipsius sententia, plane inteligerent, & infra horæ spatium, quid ille responsurus esset, citra dolum, & simulationem, ei declaraturum. Hunc interim orabat, ne quicquam hostile moliretur, donec ipse met in castra rediret, seçq; uicissim operam daturum, ne ipsi quicquam hostiliter in eum agerent. At cum hora præteriisset, nec Turca ultim responsum afferret, Cœsariani primum suas copias admouere, atq; oppidum rursus oppugnare incooperunt. Hostis, re animaduersa, confessim plurimis pilarum procellis eos petiere, cum apud se quatuor & uiginti murales machinas haberent. Cartrum, quia diei extremum erat, utrinq; à pugna cessatum est. Eccius interim sex bellica tormenta in promptu haberi iussit, hisque inalbente die, opportuno loco dispositis, tanta ui, atque impetu mœnia diuerberare cœpit, ut magnam eorum partem disiiceret, moxq;le curiculis remogerunt. Sed hostes tam impigrati, ac uigiles erant in ruinis reparandis, dolisq; propulsandis, ut uix oppugnationi locus iam relictus uideretur. Attamen imperatum est Vuillarduno, militum

centurioni, ut arcis muros ex parte disiecta suis copijs adoriretur. Cæterum, & periculi magnitudine, & morte suorum prope ob oculos præsentí, accuratius perspecta, mutata consiliij ratione, rem longè positionem excogitauit. Nam in uallis à sinistro latere constituit ad mille sclopetarios cum scalis, qui umbilico tenus, in aqua hærebant, & totidem in ea parte muri, quæ diruta fuerat. Ipse autem cum duabus millibus peditum, ad portam oppidi præfectus est, ac illico reliquis omnibus inuasionis tesseram dedit. Cum itaq; Byzantini ad muri iam euersi propugnacionem undiq; accurrerent, & contra eos, qui aqua emensa, iam ultra fossas irruperant, strenue dimicarent, Eccius repente cum suis copijs tanta impressione portam agressus est, ut ea fracta, & disrupta, ui sibi aditum in oppidum pararet. Hic autem, cum adhuc pertinaciter instarent, omniq; ui hostem à se arcere conarentur, uniuersi ad internationem deleti sunt, præter quinquaginta, qui sese in quadam turri includentes, pactionibus dedidere. Inter hos erat præfectus oppidi expugnati, præfetus Vesperinij, & quidam alius, qui præsidi Budano affinitate iungebatur, hicq; omnies, quoniam erat primarij, ac celebres, Viennam

*Tatta xpugnatur à Salmenſi.*

Viennam illicò transmissi sunt. Cesār, cūm  
IX. Cal. Augusti hoc lāetum, faustumq[ue]l  
nuntium, de utriusq[ue] loci expugnatione  
audisset, protinus Deo, pro re bene gesta,  
supplicationes decerni iussit, externisq[ue]  
signis hanc lāetitiam declarauit. Nostri ul-  
terius progressi, oppidum Gesterum op-  
pugnare decreuerat. Sed Turci, prospecto  
primo agmine, statim altera ex parte, reli-  
cto cōmeatu, & militari bus machinis, inde  
aufugerunt. At qui erant in castellis, quæ  
uulgo Vuithā, Tscholitu, Sambot, & qui-  
busdam alij sinitimis, ne quam Cæsariani  
prædam facerent, ut primū illorum castra  
propius ad moueri conspexerūt, omnesq[ue]  
suas fortunas in extremo sitas, quæcunq[ue]  
intus habebant bellīca præsidia, igne incē-  
derunt, sequē confessim in urbem Strigo-  
nium receperunt. Hæc loca in locis editio-  
ribus posita, & in eo itinere, quod recta ad  
Strigoniū ducit Cæsarianis rebus haud  
sanè mediocri usui extitēre, ut eam urbem,  
si quando ita facultas daretur, facilius in-  
uaderent, cūm præcipue ad ea loca, pluri-  
mi eorum, qui uulgo Martelloſij appel-  
lantur, se tanquam in asyliū receperilient.  
Id autem genus hominū totum constat  
ex feris prædonibus, qui omnia cædibus

& rapinis infestabat, quippe qui, cum sint  
audacissimi, & robustissimo corpore, nul-  
lum genus laboris, ac periculi estimant. Hi  
uno nomine ab Hungaris Haydones, a  
Dalmatis Vscochi, a Turcis, & Illyricis,  
Martelloisij uocantur. Sagittis, & Scopet-  
is rem gerere, & saxa fundis uibrae didi-  
cerunt, cunctisq; mortalibus ex professo  
hostes, usq; ad interiores Pannonicæ limi-  
tes latrocinia exercent. Maximilianus  
nondum è castris omnem exercitum pro-  
duxerat, cum, quia quotidie nouus appa-  
ratus siebant, tum quoniam nondum ac-  
cessita præsidia, & reliqua militiae instru-  
menta, in unum cogebantur. Adhuc puta-  
bat, ubi Turcarum rex iam Belgradum, ur-  
bem ad confluentes Sauum, atq; Danubii  
sitam, egregium & firmissimum totius  
Pannonicæ munimentum, peruenisset, ibi  
aliquam moram facturum, donec totius  
exercitus moles iungeretur. Et si autem o-  
mnia, quæ in bello usui esse solent, omni  
cura, & studio procurabat, omnemq; milis-  
tarem disciplinam, & ordinem sibi obser-  
uandum statuerat, optimè tamen sciebat,  
mortalium consilia prorsus inania reddi,  
nisi diuinum numen eorum cœptis, & co-  
natibus affulgeret, ideoque ad Deum con-  
fugien-

## DE BELLO PANNONICO.

97

fugiendum, illiusque opem sedulo implorandum censuit. Quamobrem sub graui, & severa pena, omnibus mandauit, ut Viennae, quibusdam certis horis praescriptis, ad campaniæ sonitum, singuli, genibus flexis, Deo supplicarent, eumque pro communi salute, ac uictoria præARENTUR, adeo, ut omnes reguli, proceres, atque alij cum iusfructu tituli, & conditionis forent, cogarentur, audito signo, ex equo descendere, ac diuinam opem implorare. Præterea, uenit omnes lusus, omnique genus lenocinij, & tripudij, quibus homines ad uoluptatem alliciuntur.

Interim Adrianus Baleonus Viennam ex Italia, properatis itineribus contendit, moxque Ioannes Alfonsus Castalius cum suis copijs, ac etiam quadringentis equites Scopettarij, quos Ailobrogum princeps miserat, duce Camerano, viro militari, ac strenuo, erantque omnes armorum cultu, quam egregie instructi. Peridem ferme tempus Viennam quoque profecti sunt nonnulli ex Britannica natione, inter quos fuere Thomas Smithus, Gulielmus Gorgius, Henricus Chiambernus, Philippus Budsallus, Ricardus Greyueilus, & Thomas Cottonus, uiri, cum generis prosapia, tum bellica virtute

uirtute prestantes, eosq; tantummodo (si-  
cuti plerosq; alios) gloriæ cupiditas, & in-  
primis Christianæ religionis amor, ac stu-  
dium accenderat, ut Cæsari gratuita ope-  
ra, suisq; sumptib. in ea militia inseruirét.  
**Adueniebant** subinde in eius castra ex di-  
uersis partibus Europæ, quām plures alij  
nobisles, ac illustres uiri, eodem studio com-  
moti, ac inter cæteros affuit etiam Alber-  
tus Laschus, celebris Sarmatiæ Regulus  
quique nonnulla oppida, quæ sita erant,  
in Pannonia, sibi iure uendicabat. Hic, nō  
utq; Sarmatus, at ueluti Hūnus, cum duo-  
decim uehiculis tunc ad Cæsarem perue-  
nit, pauloq; post ad eum accessere tria mil-  
lia equitū e Sarmatia, omnes habitu Pan-  
nonico induti, atq; id propterea factū est,  
ne Sarmatus offenderetur, cui erant indu-  
ciæ cum Solymano.

Dum hæc agerentur, omnes putabant,  
**Strigonium**, oppidum situm in ripa Da-  
nubij, triginta passuum millibus ab urbe  
Buda, obsidendum, eratq; super hoc ma-  
gna inter proceres consultatio. Si quidem  
duplex commodum, ac beneficium inde  
euenturum sperabant. Primum erat poti-  
ri ea urbe. Alterum uero Turcas ab oppu-  
gnatione Sigethi, ac Iulæ abducere. Ve-  
runtamen, si eam Prouinciam tentassent,  
uide-

uidebant, se non posse ullo modo effuge-re, quò minus uniuersi prælij aleā subirēt, armisq; dimicarent. Nec enim dubium, quin statim Solymanus nostrorum ca-stris inuasisset, ac extrema belli, eos tentare compulisset. Id autem sibi omnino evitan-dum censem̄bat, tū quia totius Imperij sum-mam in discrimen adduxissent uno certa-mine, cuius exitus est semper anceps, ac du-bius, tum, quia nondum tantas copias in promptu habebant, ut cum hoste, aperto Marte configere auderent. Adhuc e-nim ex uarijs Prouincij noua subinde au-xilia prestolabantur. Cæsar itaq; eorum sententijs adhærens, quas sane magnis ra-tionibus inniti conspiciebat, huiuscemo-di obsidionem in aliud tempus opportu-nius differendam statuit, atq; interim No-ricos, & Pannonicos fines tueri satagebat. Nam Turce uarijs eruptionibus agros ef-fuse populabantur, & prædabundi, hac, il-lac exurrebant, cumq; ad Carponam op-pinum, cui Bruschichius præerat, quadra-ginta messores ante portam ientaculum sumerent, hos statim captos, secum abdu-xere. Loci autem præfectus eos insequu-tos, tres illorum cœpit, & quosdam in fu-gam uertit, omnesq; facile pstrasset, si tunc auxiliares cohortes in procinctu affuissēt.

Inte-

Interim Cæsar Eccio à Salma iniunxit, ut quoniam Tatta paulò longius à Danubio distabat, & propterea coimeatus haud facile illuc asportari poterat, illinc protinus abiret, exq; opposito arcis Comariæ, iuxta flumen castra locaret, ibiç operiretur, donec aut secum suas vires coniungeret, aut quid factio opus esset, missò nuntio declararet. Iisdem diebus, cùm Nicolaus Serinus, qui præerat Sigethi, per suos speculatores cognouisset, Solymanum rectam in Pannoniam uenturum, iamq; ab eo non nullas copias militares, duce Mechmetbezo præmissas, ut eum ad oppidum Quinte ecclesiarum expectaret, cumq; pro certto intelligeret illum, Drauo traecto, unā cū suis non procul ab arce Siclouscha peruenisse, statim ad mille pedites cum aliquo numero equitatus, in eos misit, hisq; præfecit Casparum Alapianum, Nicolaum Cobachum, & nonnullos alios cohortiū centuriones, qui aliquam rei benè gerendę occasionem nacti, eos quām primum invaderent. Hī ergo, cùm ad illorum castra peruenissent, proximo die sub ipsum diei crepusculum hostes palantes, nihilq; insidiarum metuentes, aggressi sunt, & repentinō metu percusso, alios ad fugam adiungunt, alios uulnerant, plærosque interficiunt.

DE BELLO PANNONICO. 99

ciunt. Turcarum dux, dum grauitet sauciatus, fuga sibi salutem parat, in palustribus locis occubuit. Huius filius cum nonnullis alijs insignioribus captus est, & Sigethum perductus. Præda ingens annostris habita. Nam, præter camelos, equos, mulos, & alia huius generis, multa quoque uasa argentea, multumque auri, & argenti in signata pecunia, secum detulere. Copijs in unum coactis, Cæsar, totius militiæ prefecturam tradidit Ferdinando fratri, quo absente, illi Schuarzemburgum præesse uoluit. Tormentorum autem libratoribus, & militaribus machinis, Paulum ladarensem præfecit. Is uero Prid. Idus Augusti Vienna discessit cum maximo uitrorum nobilium apparatu, ac prætorianis, quæm egregiè instructis, aulæq; magistrum Arachum Regulū, & illius legatū Vnghermadum constituit, ac Ducis Pomeraniæ imperatoriū uexillū dedit, ipseq; una cum quincq; peditum signis, & aulica militia, ptinū Altemburgū, q; locus ad duo millia passuum Iauarino abest, recto itinere cōtēdit. Eius aduentū Posonij expectabat equites Bohemici, quorū erat septē cohortes, hisq; omnes iuis stipendij, ac sumptibus castra sequebantur. Ibi quoq; aderat equites, circiter mille, quibus prægerat Teufelus, & mille

& mille, ac ducēti, duce Gūthero Schuarz burgo, ac etiā equites, qui uenerāt ex Morauia, Silesia, & Lusatia, nec non trecentie quites missi ab Vratislauiensibus, cū octo maioribus tormentis, quorū omnium numerus erat supra decem millia equitū, præter illos, qui paulo antē missi fuerant Iauarīnum, & Comarā, quam paulo infra Possonium Danubius insulam efficit. Omnes copiæ militares Altemburgū, deinde Iauarīnum peruenere. Ibí enim recensendus, ac

*Descriptio Ia  
uarini.* lustrādus erat uniuersus exercitus. Hic autē locus est in Pannonia, nō procul Comara, à qua diuiditur Danubio, habetq; arcē, q; rectā uergit uersus oram Borealem, & amplis fossis, plenis aqua fluuiali, præcincti. Classis quoq; Cæsariana per Danubiū eodem delata est. Interim profecti sunt ab Italia, Nicolaus Gambara, ex urbe Brixia, uir ex uete i, & præclara familia, cum duodecim insignib. uiris, paucisq; diebus interiectis, illuc etiā accessere Prosper Columna, & Angelus Cæsius, ambo militari gloria, & Romano stemmate conspicui, & cū his etiam nonnulli, quorū uirtus in re bellica nō mediocri fama celebrabatur. Per idē fere tēpus profecti sunt etiā ad Cæsarē dux Guisius, Brissacus, Lansacus, Philippus Strozza, & pleriq; alij, cu majorum titulis, tum

tum singulari uirtute ornatissimi, qui omnes magnifico, & splendido armorum cultu, & corporis habitu, quam egregij, ac insignes conspiciebantur. Hi paulo ante ex Gallia profecti, recta in Italiam, indecē ad Insulam Meliten petierant, eo animo, ut si Othomana classis denuō (sicuti ferebatur) ad eius loci oppugnationem rediſſeret, suā operam Rhodiæ militiæ equitibus in eo prælio nauarent: at cūm res longè aliter succederet, ipsi, celebrioribus Italīæ locis perlustratis, recta in Pannoniā concessere, ut illi expeditioni interessent. Paucis post diebus, aduenit etiam Alphonsus Atestinus, Ferrariæ Princeps, quem comitabantur quadringenti viri, ex clara, & nobili prosapia, trecenti sclopettarj, centum leuioris armaturæ, ac totidem cataphracti, & singuli, trium, uel quatuor militum presidio fulciebantur. Hi omnes, tam superbō, & diuiti apparatu armorum, equorum robore, ac præiosi habitus indumentis entebant, ut nemo hac ætate uiderit equites insigniores, aptiores ſue ad bellum, ſeu peritiiores ad aciem instruendam, adeò ut fateri cogereris, quemuis eorum, non tam militis, quam periti, ac strenui ducis nomen promeruisse. Iisdem quoq; diebus, Vuolfgangus Palatinus Neuburgi, eiusq; affi-

GG nis

nis Ricardus, cum sexcentis equitibus, & Secundus natu Principis Boioariæ cū quadringentis, Cæsarem adierunt, eo fere tempore, quo ipse Iauarinum paulo ante persuenerat. Ut primum Cæsariani milites in hoc oppidum contenderant, Salmenis etiam suas copias eō perduxit, quod, associatis viribus, & perlustrato exercitu, Cæsar nosceret, quid potissimum agi oporteret. Nam ubiqp spargebatur, Solymani, træcto Drauo, ad Sigethanam oppugnationem cum ingenti exercitu aduentare. Prusquam uero ulterius progredier, minime ab instituto alienum esse iudico, si breuiter mentione fecero illius insignis, ac memorabilis pontis, quem Solymanus, ut suas copias træceret, fieri iussit super Drauum fluuiū, haud sanè minori celeritate, ac ingenij solertia, quam olim Cæsar suū fecerat super flumen Rhenum. Hic aut̄ fluuius è Valeriæ regionis, quam Styriam uocant, Noricisqp montibus emergens, Mura fluuiō comite recepto, in Danubium euoluitur. Itaqp supra hoc flumen duodecim pons, cuius quidem longitudo porrigitur ad spatium unius milliaris, amplitudo autem ad quatuordecim cubitos, & amplius, eratqp huic negocio destinata su-

Pons factus à  
Turcis supra  
Draum flu-  
uum.

pra

præ uiginti quinque hominum millia, qui nula  
la intermissione posita, uniuersum opus  
maturè absoluuerent. Vbi altitudo flumi-  
nis tanta erat, ut in eo, trabes, ac tigna figi  
non possent, ibi suppletum est in tribus, a-  
lijsque nauigij, supra quæ potem iussit ex-  
tendi, hæcque magnis catenis ferreis inuicem  
connectebantur, atcque ita exercitus ad alte-  
ram ripam commode traiecit. Sexto Non.  
Iulij, Mustapha Bosnensis, Catambeius, &  
plærique alii ex proceribus, Drauum, Otto-  
hum uersus traiecerunt, ac XIII. Cal. Aug.  
ad Quinque ecclesias peruenierunt, indeque,  
ex Solymani iussu, ad Alba Regalē, profectū  
sunt, ut prefecto Budēsi, presidio adessent,  
si quid Cœfariani ex ea parte molirentur,  
eique rei magnam occasionem præbuic ex-  
pugnatio Tattæ, ac Vesperinij, quorum  
locorum iacturam Turci quam egerrimè  
rulerant. Parua mora interiecta, hos etiā  
secutus est Hasambegus, cum multis mi-  
litum cohortibus, qui estdem perrexit.  
Iisdem diebus, profectus Asiz mino-  
ris, cum plærisque alijs proceribus, Dra-  
ui pontem transiuit, inque planicie Mu-  
hatsch suo Imperatori prætorium erexit,  
ibique ipsius aduentum præstolabatur.  
Is autem paulo post, superato Drauo, il-  
luc peruenit, indeque recta Sigethum

GG 2 uersus

*Aduentus So* uersus, profectionem instituit. Ut primū  
lymani ad op̄ ed suas copias admouit, primo lapide ab  
pugnationem arce Sigethi castrametatus est, in loco, qui  
Sigethi.

D. Laurentij memorie sacrabatur, idq; fuit  
No. Augusti. Huic arcī, atq; oppido præ-  
erat Nicolaus Serinus, Pannoniæ Regu-  
lus, uir, præter generis amplitudinē, sum-  
ma uirtute, summaq; militari gloria insi-  
gnis, erantque secum pro præsidio supra  
duo millia bellatorum, qui omnes ob op-  
pugnationis initio usq; ad bellī exitū stre-  
nuissimè dimicarunt. Ut uero interim all-  
iquid de hoc oppido à me dicatur, illud si-  
tum est in Pannoniæ finibus, iacetq; in la-  
cu per amplio, & mediocris altitudinis, ac  
undiq; multis paludibus præcinctum, ex-  
que continenti, nihil aliud prorsus habet,  
quam solam frontem duobus propugna-  
culis communitatam, & confectam ex agge-  
re, ac tignis inuicem connexis, estq; sere in-  
star ueteris moris, & consuetudinis oppi-  
dorum Galliæ fabricatum. Locus ipse du-  
nouo, ac ueteri, habetq; duas arces, unam  
externam, alteram interiorem, utraque  
uergentem ad oram Aquilonarem, & un-  
diquac; sunt latæ, ac profundæ fossæ, aquis  
fluentibus repletæ. Ad hoc autem nō pa-  
tet accessus, nisi per duos pontes, quorum  
alter

Sigethi de-  
scriptio.

alter tendit ad Ortum, alter ad Occasum uergit, eiusq; conditor fuisse narratur quidam Antemus, vir nobilis, ac opulentus. Dum nostri, quæcunq; sibi ad loci propugnationem usui esse possunt, quam diligenter etiam prospiciunt, sequentes acribus animis ad defensionem parant, hostis interim, admotis muralibus machinis, oppidum undique obfidere incepit, & subinde acris instabar, nihilque prorsus omittebat, quod ad loci expugnationem facere uideatur. In ea obsidione ab utrisq; multum, & fortiter dimicatum est, & uarijs conflictus habiti, atq; hostes quam sacerissime repulsi sunt, eaq;, paulo ante Solymani aduentum inchoata est, in qua leuioribus praelijs utrinq; certatum est, moxq; Imperatoris aduentu longè acrior haberi cepit.

VII. Idus Augusti, summo diluculo Turcae nouam urbem ex duobus tribusue locis omni tormentorum genere adorti sunt, & pugnatum est usq; ad uesperam, & ferme per totam noctem, quæ subsecuta est, indeq; accidit, ut Serinus, conspecta suorum caede, prima luce nouam ciuitatem igne incendi, & ueteris portas occludi iussit. Hanc Turcae IIII. Idus eiusdē Mensis, uarijs tormentorū fulminibus undiq; inuadunt, omneq; genus pluteorum ex-

GG 3 cogi

cogitant, quibus ab æneis nostrorum glâ-  
dibus protegêrentur, & uaria munimenta  
instituerunt, ex quibus ad nostros propi-  
us accederent, eotz rē deduxere, ut XIIII.  
Cal. Septemb̄is uetus oppidum expu-  
gnarint, & nostris, priusquam ad pontem  
receptus dari posset, plurima damna, &  
cædes intulerunt. Proximo die, arcem ex  
uarijs locis, omnīz conatu aggressi sunt,  
indeq; cum maxima eorum strage rejecti.  
Cæterūm, grauissimam oppugnationem  
instituerunt IIII. Cal. Septemb. qui dies  
D. Ioannis memorie dedicatur, & ingen-  
tem spem conceperant, fore, ut eo tempo-  
re uictoria potirentur, cū illo ipso die me-  
minissent, Belgradum à Solymano expu-  
gnatum, & cælum in acie Ludouicum Re-  
gem. Sciebant etiam, Rhodum, & Budam,  
eodem die occupatam. Norant insuper,  
eos dies, ac ferè totum Augusti mensem,  
occulto quodam auspicio, nō tantum So-  
lymano: sed etiam Selymo patri olim fœ-  
licissimum extitisse. Nam eodem mense  
magnum Hismaelem in Calderanis cam-  
pis, & Campsonem Gaurium, Memphis-  
ticum Regem, ad Singam deuicerat. Quin  
adeo meminerant, eodem quoque, à Ba-  
jazete, Methonem expugnatam.

Sumpto igitur fausto, ac fœlici omīne  
ab

ab his temporibus, quæ illi toties suis rebus prosperos, ac fauentes compererant, ipsisdem etiam sibi optatum exitum augrabantur. Cæterum, tametsi eorum uotis Fortuna tūm minimē respondit, ipsi ramen haudquam ob id animo consternati, quin potius modico spatio interposito, iterum redintegratis uiribus, ad eandem oppugnationem **alacres** redeunt, & **1111.** Noh, Septembris, rem plurimis cuniculis egerunt, in eaç; re, lanizerorum opera, & uirtus (uti etiam in alijs certaminibus) permirifica exiit, & post triduum, cœlo inalbente, maioris arcis propugnaculum, accenderunt, ignisq; tūm sua ui, tūm etiam uentorum flatu, in arcem usque flamas emisit, & sicuti nostros ingenti, & grauissimo damno affecit, ita sane hosti opportunum ad loci expugnationem adiutum præbuit. Byzantini hac uictoria lati, protinus alteram munitionem acri certamine iruaserunt, eaquæ ab ipsomet Serino strenuè defensa est, adeò, ut in eo conflietu insigni strage afficerentur.

Verumtamen, cùm serè iam omnia igne, atquè incendijs conflagrarent, nostri continuò se se in arcem interiorem, tanquam in asylum, recipere statuerunt, eamq; ingressi, è uestigio, præfecti iussu

portas occluserunt, ibiꝝ pr̄esidium, & stationes impositꝝ. At hostis iam penè uictor, V l. die Septemb. uesperi, & sequenti die, summo crepusculo, ignem in omnes domos, ac munimina, coniecit, eaꝝ re factum est, ut ferme omnia loca ibi flagrare inciperent. Cūm itaq; Serinus arcem undiquaq; incendi, iamꝝ nullum pugnationi locum relinquā animaduerteret, statim correpto gladio, foras egressus est, uenitq; in plateam interioris arcis, ubi erant omnes milites, proceres, atq; alarum cētiones, qui eum armati expectabant, eo animo, ut ad omne ipsius Imperium preſto essent, ibiꝝ suos ad prælium cohortatus, & omnibus rationibus adductis, quib. præstaret, fortiter pugnando, uitam (ſi ſic Deo uideretur) amittere, quam in efferas Barbarorum manus deuenire, ipſumq; interitū illis omnibus permaximē inclytum & gloriosum fore, cūm ipſi pro ſuo Principe, pro Patria, & pro fide certarent, primus omnium, uexillo præeunte, districtū ensem dextra, & altera clypeum circumferens, foras exiuit, eumq; statim omnes, qui ſupererant (quoꝝ ſanè numerus iam erat per exiguis) ingenti animorum alacritate, ac robore ſequabantur, & ianuis patefactis, ſu ipſo ponte cum hoste pugnam inierūt, ibiꝝ

ibique Serinus, dum non mirus optimi du-  
cis, quam intrepidi militis partes exequi-  
tur, duobus in locis ænea glande uulnera-  
tur, moxque alterius tormenti pila in capite  
percussus, humili decidit, & repente anima  
efflauit. Nostri, amissio duce, tametsi ad- Mors Nicolai  
Serini.  
huc fortiter, ac strenue armis dimicabant,  
cum se tamè undique hostili agmine circun-  
datos uiderent, retrò ad arcem profugere  
incepérunt. At plerique illorum ab hoste Segethi expu-  
gnatio.  
præuenti, quam primum trucidati sunt, qui  
que in arcem cōfugerant, fermè omnes ad  
unum crudelissime interempti. Eo die Se-  
rini caput ab humeris reuulsum est, paloque  
alligatum, in castris publicè ostēsum, dein  
de post biduum à Mechmeto, cuius consi-  
lio, & authoritate tum omnia gerebantur,  
Mustaphæ, Budano præsidi, & sibi arcta  
necessitudine coniuncto, transmissum. Hoc  
ubi Mustapha inspexisset, statim serico in-  
uolutum, per unum, atque alterum agricolā,  
in castra, quæ adhuc erant Iauarini, ad Cæ-  
sarem ablegauit, isque, hoc tristi nuntio, &  
horribili spectaculo grauissime indoluit,  
moxque Balthasarī, Serini filio traditum est,  
qui sanè, haud sine maximo gemitu, & la-  
chrymis, in arcem paternam, uulgo Tscha-  
curnum, deferendum curauit, ibique per-  
actis funeralibus, in suorum Maiorum

monumenta honorificè recondi, atq; hu-  
marī iussit. Hunc Cæsar, priusquam a se di-  
mitteret, amantissimis uerbis affatus est,  
sc̄p, quoad uiueret, in eum, & Serinā gen-  
tem propensissimo, paternoq; animo so-  
re promisit, nec earum rerum, quas eius pa-  
rens, uir fortissimus, & qui sibi, & Austriz  
familia tam fideliter inservierat, ullo un-  
quam tempore immemorem futurum.

Vt uero interim aliquid de ipso Cæsare  
dicatur, si ei affuerint boni, fidicq; specula-  
tores, qui eū de his rebus, quæ in hostili e-  
xercitu accidebant, sedulò certiorem feci-  
sent, haud sanè dubium est, quin hoc bellū  
summa cum fœlicitate, parsq; nominis glo-  
ria terminasset. Cum enim ijsdem diebus  
quidam Byzantius, haud sanè obscuri no-  
minis caperetur, coram eo perductus, ad-  
modum supplex, libertatem petebat, & p  
huius rei beneficio, iureiurando asserebat,  
suum Regem fato extinctum. Adhæc, plu-  
rimis, inditijs hoc idem confirmari audie-  
batur, quibus tamen ipse, atq; alij Princi-  
pes, qui secum aderant, nullam prorsus fi-  
dem, ut adhiberent, induci poterant, eisq;  
uidebatur, castra Solymani, si eius mors  
interuenisset, nullo modo in ea quiete, ac  
militari disciplina rādiu cōsistere potuisset.  
At singularis prudētia Mechmeti purpu-  
rati,

rati, eiusq; callidū ingenīū, & solentia, tāta extitit, ut nō modō sui Principis obitū sup presserit: sed etiā imperiū dederit, cui iure obtigerat, quodq; haud minoris aestimandū est) tām numerosum exercitū in obsequio, prætorianos dictis audientes retinuit, thesaurum conseruauit, & insigni tam dem uictoria est potitus.<sup>4</sup> Solymanus, (uti antea dictum est) in Pannoniam ex Thraciā cum ingētibus copijs aduenerat, easq; in plures partes distribuerat. Magnā enim illius partem eodem tempore misit in Transyluaniam, duce Ferath purpурato, ad expugnandam lulam, & alteram (ut dictum est) ad oppidum Sigethi, ubi erat maior apparatus, & ipse met Imperator, ut miles ipsius præsentia commotus, tanto alacrius dimicaret. Is aut, re illic benè gesta, ulterius p̄gredi, rectaç; cū suis Viennā Noſtiā contēdere statuerat. Ceterū, cū is iam senio cōficeretur, & diurni itineris labore defatigatus esset, ac etiam fortasse animi curis, & angore uexaretur, uidens, suum militem in tam crebra, & acri oppugnatione, singulari nostrorum uirtute, ac fortitudine, non sine ingenti clade toties rejectum, cumquā forsitan in eo, æta te iam ingrauescēte, non uigeret amplius illa uis animi excelsi, atq; inuicti, quo tatas res,

*Vers Soly-  
mani.*

res, non minus prosperè, quā strenuè ges-  
serat, decidit in dysenteriā, qua III. Non-  
Septembris mortuus est, licet nonnunquā  
pateretur aliquos paracysmos epilepsī,  
ac etiam (ut nonnulli afferunt) in aliquam  
apoplexiā incidisset. Pro inde haud falsa  
inuenta est diuinatio, quam fecerant super  
annuali huius reuolutione Dominicus Ve-  
nerius, patritius uenetus, nō minus gene-  
re, q̄ uirtute illustris, ac etiā Hector Auso-  
nius, ambo (præter alias disciplinas) in Ma-  
thematis, atq; Astronomicis rebus ap-  
primē uersati, qui paulo antē predixerant,  
illum annum Solymano exitiosum esse.  
Cæterū, ut ad Mechmetum reuertar, cū  
is uideret, suum regē obiisse, ac Sigethum  
adhuc frustrā obsideri animaduerteret, o-  
peræ pretium fore cēsūt, si eius mors quā  
secretissimē occultaretur, non modō, ut ea  
ratione facilius expugnaretur, uerū etiā  
(quod multo pluris intererat) ut regius the-  
saurus cōseruaretur, nullus'cū (quod in ma-  
gnorum Regum interitu perspē accidit)  
militaris motus, ac defectio exortiretur, at-  
que, ut interim nouus Sultanus Selymus  
supremam paterni solij dignitatē quietē  
fuscioperet. Statim itaq; Byzātium, certos,  
ac fideles nuntios legauit, qui præsidem  
illius urbis, de rebus omnibus edocerent,  
quidq;

quidq; fieri oporteret, diligenter, ac celer-  
rime indicarent. Cūm autem reliqui pur-  
purati, & alarum centuriones, ac in primis  
prætoriani, magna sui Principis uidendi  
cupiditate incenderentur, nec parua suspi-  
cio illorum animis h̄ereret, illum ē uita ex-  
cessisse, iamq; res prop̄ ad seditionē spe-  
ctare uideretur, is protinus demortui ca-  
dauer solito habitu ornari iussit, eoq; in  
sublimi sella posito, illud intra prætorium  
eis p̄cul ostendit, atq; ita callide aptārat, ut  
omnes putarent, eum reuerā superstitem,  
atq; adhuc in humanis esse. Hoc peracto,  
cum inde egressus, prætorianos milites in  
cōcione (ut fit) excitare, atq; adhortari uel-  
let, ut oppidi oppugnationem acerrimē  
urgerent, omnemq; lapidem mōuerent, ut  
eo tandem poirentur, inter loquendum  
accidit, ut recens Solymani obitus animo  
succurreret, ac doloris magnitudine com-  
motus, uix à lachrymis, ac mōrore conti-  
neri possit. Cūm uero animaduerteret, nō  
nulos submissa uoce obmurmurare, ac ex-  
eius uultu, & oculis colligere, ac planē cre-  
dere, Solymatum fato defunctum esse, is  
confestim dolo, atq; astu, animi dolorem  
scitē, ac prudenter dissimulans, his uerbis  
admodum opportune' usus est. Heu, in-  
quit, haud sanē desleo nostri Cæsaris inte-  
ritum

ritum (is enim Dei benignitate, adhuc utali aura uescitur, iamq; omni morbo, acq; gritudine liberatus est) at potius miseram, atq; acerbam omnium uestrum conditio-  
nē deploro, ac ingemisco. Is enim iureiu-  
rādo affirmauit, se, nisi infra bidui, uel tri-  
dū spatiū, hostem deuiceritis, in uos o-  
mnes atroci, & inaudito mortis generesæ-  
uiturum. Hæc uerba graui, & composita  
oratione prolata, in prætorianorum, & re-  
liquorum militum animis, tantam pro-  
fus uim habuere, ut iterum peracri impres-  
sione, utrancq; arcem inuadere, ac tandem  
extremis conatibus expugnare decreue-  
rint, etiam si toties anteā illorum coepit  
Fortuna inuidisset. Solymanus (quemad-  
modum supra dictum est) uno eodemq; de  
tempore duas munitissimas arces oppa-  
gnari iussferat, uidelicet Sigethum, & lulā,  
eiusq; rei gratia hūc miserat circiter quā-  
draginta millia uiros, duce Parthau, qui,  
cū Turcica, tum Scythica natione consta-  
bant. Dum hostis eam obsidere incipe-  
ret, aquarum inundatione impeditus, il-  
linc paululum recedere statuit. Nostrī au-  
tem (hoc animaduerso) statim postremū  
agmen insequuti sunt, & plerique illorum  
aut imperfecti, aut in eorū potestatem de-  
uenerunt. Cæterū, haud multò pōst,  
illuc

## DE BELLO PANNONICO.

Illuc reuersi, oppidum arctissima oppugnatione presserunt, eiusque muros plurimis tormentorum glandibus concussere, aded, ut iam omnes non extra ingens periculum esse uiderentur. Paucis post diebus, cum illi remissius agerent, minusque ad pugnam intenti essent, idque nostri annis maduererent, noctu, eruptione facta, in eorum castra excurserunt, pluresque profugarunt, & alios occidere, multasque bellicas machinas, quia curribus, & equis destituti, secum asserre non poterant, stellis ferreis per spiramenta adactis, configerunt. Hic locus situs est in confinio Pannonie, uersus Transylvanianam, super lacu Sarcad, cuius aquis fossas undique alluentibus, quae illam circumgunt, qualem maxime defenditur. Illi praeerat Ladislaus Keretschenius, qui pertatus diutinæ, grauisque oppugnationis, & motus iniopia rerum extremaque auxiliij desperatione, uel (ut quidam cœsent) præmissis, amplisque pollicitationibus allectus, quas illi Turcarum dux fecerat, compositione, cum eo transgit, & IIII. Non. Sept ditionem fecit. Conditiones erant, ut incolumes, saluisque rebus, dimitteretur. Ut sibi currus, armata, & reliqua impedimenta, secum deferri licet. Ut obfides darent, qui digressos, comitarerent, & ne hostilia tormenta metuerent,

rent, ea reliquerunt. Ne tamē nostri egressi, hostibus tormenta ui adimerent, ipsi etiam uicissim obsides acceperunt. Rebus ita inter se transactis, atq; compositis, arcē, atq; oppidum tradidēre. Keretschenius in regium prætorium adductus est, & reliqui egressi, uix mille passuū ab urbe distabant, cum duabus turmis nostros inuaserunt. Illic, cum se infideli de improviso, præterq; opinionē peti animaduerterent, statim conexis curribus, armisq; correptis, acriter hostilem impetum sustinuere, præcipue Germani, qui plurimis globorum procellis plerosq; uulnerarunt, alios interimere. Sed tādem hostium numero deuicti sunt, adeo, ut per paucī, eoru manus effugerint. Erat ibi ex propinquo, arundinetū, in quo aliqui eorum se abscondērunt, & hoc pacto seruati sunt. Inter alios, fuit quidam cohortiū cēturio, nomine Bernardus Rotenau, qui ad Cæsarem profectus, Keretscheniū, ut perfidum, accusauit, & aiebat, omnes ab eo fuisse proditos. Ceterū, quidā Hunni, qui Iuliæ deditioñi interfuerant, illum omnia consilia prius cum Germanis militibus cōculisse, ac semper deditioñem disuasisse. Sed ipsos tandem cum necessitate, tum amplis Turcarum pollicitationib; deuictos. Quis autem fuerit Keretschenius

DE BELLO PANNONICO. 113

schenij exitus, paulo' inferiu's enarrabitur.  
Interim ad ea pergamus, quæ à nostris fie-  
bant, dum Byzantini, hæc duo loca fortissi-  
mis conatibus oppugnabant. Suprà  
commemoratum est, Cæsariana castra pro-  
pè lauarinum consedisse, Turcæ interim,  
qui erant ad Albam Regiam (horum au-  
tem numerus ad uiginti millia extendeba-  
tur) crebris uelitationibus nostros ad pre-  
lium lacescebat. Non autem Septembribus  
elegerunt optimos quosq; (numerus au-  
tem incertus est, creditur tamen haud sanè  
fuisse exiguum) ac egressi, suos speculato-  
res miserunt, ut uideret, quid Cæsar in suis  
castris moliretur. Inciderunt in uigiles,  
eosq; haud satis munitos inuenerunt. Ad  
suos itaq; reuersi, rem, uti uiderant, indica-  
runt, statimq; ex communi consilio in eos  
irruentes, plærosq; in fugam uerterunt, &  
& occidere aliquot ex aurigis, qui pabula-  
tum exierant. Repente in castris tumultu  
exorto, Hungari, Burgundi, & Norici exi-  
erunt, & fugientes hostem insecuri, quos  
dam ex eis trucidarunt, & nonnullos cœ-  
perunt. Ex Cæsarianis, erat etiam Georgius  
Thuringerius, qui, ut primum inter hos  
stes agnouit præfectum Albæ, qui erat à  
consilijs Solymani, quemq; ipse anteā per-  
optimè nouerat, eiq; sæpè accurrerat, ex-

HH templò

templo in medias turbas infilieris; tandem  
persecutus est, donec uiuum apprehende-  
*Prefectus Al* ret. *Eius equum Turcæ sagitta transuer-  
ba Regalis ea herarunt: sed ille protinus alterum conser-  
pitur a *Geor.* dit, & acriter (ut antea) insecurus est, donec  
gio Thury-  
gero. tandem captiuum abduceret. Hunc autem,  
ubi ad Cæsarem adduxisset, aureo torque  
donatus est, equesque aureatus ab eo, in e-  
gregiæ suæ uirtutis testimoniu, coram omni-  
bus est pronunciatus. Ibi tum forte assuit  
quidam Hispanus, qui Byzantij ex eo au-  
diuerat, le solum uelle, ac posse, Germani-  
ba coram Cæsare, in memoriam redigisse  
dicitur, eumque animo imperterritu respõ-  
disse, hanc esse Fortunam beili, se iam ser-  
uum, & nihil posse. Deinde rogatus, cur tamen  
temerè Cæsaris castra inuadere ausus esset,  
intrepide respondit, se inandatis sui Impe-  
ratoris obtemperare debuisse: at sinistro  
fato in hunc casum præcipitem delapsum.  
Hic apud Cæsarem laute, ac splendide ex-  
cipiebatur, eumque, pro sui redemptione, ac  
libertate, ad ducenta millia nummum au-  
reorum obtulisse dicitur. Hospitium illi  
erat iuxta Cæsaris prætorium, eiisque duode-  
cim militum custodia demandata est, cis-  
busque, ac potus afferebatur ex Cæsaris  
mensa, & nomen erat Mahometes. Ex-  
inde*

Inde Viennam adductus est, ubi paulò ar-  
ctius, minusq; opiparè tractabatur. Idibus  
Septembribus egressi sunt ex nostris, circiter  
mille & quingenti bellatores, qui hostem  
adorarentur. Sed ipsi ne unum quidem  
conspexere. Accesserunt usq; ad Tschot-  
tatum Castellum, quod est sub Turcica  
ditione, & Alba, duo mille passibus distat.  
Præmissus est Thurygerus cum suis, ut  
specularetur, quid nā hostis ageret. Cum  
ad urbem propius uenisset, illum, se quo-  
que aggeribus, & uallo muniuisse, ut nostri  
ad Iauarinum, inuenit. Mox inde reuer-  
sus, ad castra propere contendit, sibiq; ob-  
vium habuit quendam ex hostili acie, mis-  
sum eo consilio, ut suis Germanos milites  
adesse nunciaret. Hunc statim apprehen-  
sum, in castra secum adduxit, nec sanè, tūm  
aliud utrinq; agebatur, nisi tumultuariae  
pugnæ, in quibus semel accidit, ut à præ-  
fato Thurygero haud parua Turcarum  
manus profligaretur, & preda nostri, haud  
exigua potiti sint.

Paucis antè diebus, Archidux Ca-  
rolus in Balbotia, qui locus est in Il-  
lyrico, cum hoste leuiora prælia gera-  
bat, multisq; incursionibus utrinque  
certabatur, & semel conflictu habito,

HH 2 quen-

quendam ex præcipuis præfectis, & vi-  
rum inter Turcas celebrem, cum quatuor  
millibus equitum (sicuti ferebatur) pro-  
pe fluuium Sleuna in fugam uertit, eumq;  
proculdubiò insecuritus cœpisset, nisi eum  
uicinitas tam numerosi ac formidabilis e-  
xercitus, qui tūlū erat iuxta Segestum, ab  
ea prouincia reuocasset. Cogebatur enim  
seipsum uallo & fossis communire contra  
Barbarorum usq; atq; insidias, in oppido  
Catorno, quod situm est inter Drauam, &  
Muram, cum præsertim Byzantini qui fu-  
erant in obsidione Sigethia, omnia loca si-  
nitima constituis eruptionibus, cæde, ra-  
pinis, atq; incendijs horribiliter, atque im-  
maniter uastarent, multosq; captiuos se-  
cum abducerent, ac etiam interdum præ-  
dabundi excurrebant usq; Sabariam op-  
ac Sempronij, qui locus est in fitibus No-  
rici, tantummodo duūm millūm spatio  
aberat. Ex hisuscemodi populationibus,  
quā plurimi proceres ac rerum tūrcicarū  
periti, colligebant, Solymanum tum suis  
copijs Byzantium cogitare, tantoq; magis  
hæc opinio in eorum animis confirmaba-  
tur, quod audiuerant, in illorū castris ma-  
gnam omnino esse rei frumentariæ, ac pa-  
buli, penuriam, adeò ut aliquata commear-  
tus

Turcarū ea  
desper Ar-  
chiducem Ca-  
rolum.

tus partem Buda, & Alba Regia eō trans-  
uehendam curarint, quin etiā plurimí eo-  
rum iam suspicari cōperant, Solymanum  
uitæ pensum persoluisse, ideoq; Turcas  
pōst agros de more uastatos, uicosq; incē-  
fos, postq; innumeros utriusq; sexus mor-  
tales in miseram seruitutē abstractos, By-  
zantium uersus, recedere. Mirum tamen,  
(ut antea dictum est) uidebatur, in tanto  
exercitu, totoq; gentibus cōfato, nullas mi-  
litares defectiones, nullaq; dissidia, & mo-  
tus exoriri, cūm scirent, in huiusmodi o-  
cationibus hoc perspēusu accidere. Cæ-  
terū, hęc omnia Mehemetus ex compo-  
sito fieri mandārat, ut hoc pacto milites cō-  
tinenti opere, ac labore detinerentur, eaq;  
ratione hostiles infidias caueret, quia subs-  
indē Selymī aduentum opperiebatur, quē  
sane, misso nuncio, de patris obitu accura-  
tē ac sedulō certiorem fecerat, eumq; ut ce-  
lerē in castra ueniret, commonefecerat. Is  
tūm temporis ætatem agebat in planicie  
Saraissensi, qui locus abest Byzantio, triū  
dierum itinere, ac eorum lingua dicitur,  
Chietfeli, cuius Regulus est Sinam pur-  
puratus. Ut primum itaque Mehemeti  
literas perlegit, easq; inspexit, obsignatas  
ab eo, qui prætorianis militibus præerat,  
(hunc autem Capi Agā vulgo appellant)

& prothomedico, nulla mora interiecta,  
Byzantium uersus properauit, & Scutari-  
m prefecto (Id oppidum Chalcedon o-  
lim fuit, pertinetq; ad Thracij freti angus-  
tias contra Byzantium) obuiam proces-  
sit Bostanges, hortorum praefectus, regia-  
que domus custos, atque illum statim in  
quodam phaselo excepit, quo quidē dun-  
taxat Imperatores Othomannici deu-  
huntur. Hunc splendide, magnificeq;ile  
aptārat, intusq;le iuuenes generosos, & e-  
gregio, ac superbo habitu exornatos appo-  
suerat. Selymus, quosdam ex prætorianis  
ad Scandar purpuratum, Byzantij præto-  
rem legauit, ut exemplò, quæcunq; ad su-  
maturaret, isq; recta ad urbē suum iter di-  
**Selymus pro-** rexit. Huc autē ut peruenit, statim gynœ-  
**ficietur By-** ceum ingressus est, moxq; illū Bostanges  
**zanium.** manu apprehendens, in regium cubiculū,  
solis Othomanæ familie Principibus af-  
signatum, perduxit. Hoc autē undiquaq;  
perraris, ac præciosis gemmis, & lapillis  
emicare dicitur, quorum precium immen-  
sum quidem, ac inestimabile censemur. A-  
sunt, in ipsis laquearibus (hæc ipsi Tauam  
appellant) rutilo auro micantibus, præter  
alias gemmas insigniores, inclusum esse  
**Adamantem**, qui sit centum, & quinde-  
cim

cim characteribus, ac eximię cuiusdam pulchritudinis, & huiuscmodi præstantia, ut nullam aliam in orbe gemmam, huic similem, in eo genere inueniri posse arbitretur.

Hic Selymus in paterno solio constitutus, *Selymi editiū* edictum per urbem promulgari iussit, cu- *per urbem By* ius uerborum summa, hæc fuisse narratur. *zentium.*

Aeterna pace fruatur, & in cōtinua sit gloria, & felicitate, anima regis Sultani Solymani: multosq; annos uusat, & læto, feliciq; auspicio coalescat Imperium regis Sultani, Selymi, & continuo idem decreatum per uniuersam urbem, & Thraciam, reliqua que Prouincias, promulgatum est, ne prius parentem obiisse, quam ipsum paterni sceptri dignitatem adeptū, homines intelligerent. Postero die, prætorio egressus est, suiq; per urbem omnibus uisendi potestatem fecit, equitans uersus sepulturam Iob, qui locus est contiguus mœnibus, in quibus reges Othomanici sua sacrificia de more peragūt, & pœcudes, ac reliqua animalia immolare solent, quæ postea in usum ægenorum distribuuntur, quibus etiam haud mediocrem pecunia summam elargiri consueuerunt, quod diuinæ beneficentiae sese gratos exhibeant, moxq; ingenti plausu circumfluentis turbae, se in domum regiam recepit.

*Selymus equū at per urbē, seq; omnibus uidendum prabet.*

His maturè confectis, VI. Cal. Octob. urbe egressus est, factisq; magnis itineri- bus, nec ullibi moram trahēs, ad castra p- pere contendit. Hæc autem tanto silentio, ac celeritate, ab eo peracta sunt, ut quiuis eo inspecto, admiraretur, nec hujsimodi aduētus causam, uila ex parte intelligebat, nisi ubi abitionem parārat, idq; impediuit,

*Selymus magna celeritate ac silentio in castra profici scitur.*

*Selymus uenit obuiam exercitui, qui erat iuxta Taurum.*

ne uilla defectio in tanta militum frequen- tia exoriretur. Cum itaq; haud procul esset ab urbe Tauruno, uenit obuiam exercitui, qui uexillis erectis, tubisq; ac tympanis, & reliquis generibus militarium instru- mentorum, plenusq; lætitia, & ouanti si- milis, Byzantium uersus, cum omni milli- tari disciplina, & ordine incedebat. In ipso autem, lectica regio apparatu conspicua, & undiquaque coopta, deferebatur, in qua erat cadauer defuncti Solymani, quem tam omnes adhuc uiuere existimabant. Cum enim ipse in ea graui etate, solitus es- set articulato pedum dolore interdum la- borare, ut plurimū eo uehiculi genere cir- cumferri consueverat. Is ergo castris appro- pinquans, uiliq; admodū, & exiguo capititis tegumento, atraq; penula, & sagulo indu- tus, profectus est obuiā corpori paterno, & deflet illius quod quidē, ut primū aspexit, ex equo de- obicium, scēdit, ac fleuit super patrem mortuo, secūq; descen-

*Selymus in specie patrie cadauere, de- scēdit ex equo obicium,*

descendere oēs purpurati, & Calidischieri,  
qui eorū lingua dicuntur ministri iustitiae,  
cum alijs proceribus, ac insignioribus ut-  
ris, horūq; capita uicissim paruo humiliq;  
pileo consequebātur. Deinde, ut mœstite  
signum ederetur, per uniuersam castrorū  
aciem, omnia uexilla cuspidē ad terrā sub-  
missa fuerunt, moxq; aliquantis per securū  
est inter omnes, ingens, ac mirum silentiū.  
Interim Selymus, candidissimū tegumen-  
tum, linthea in spiras circundante fascia, &  
plurimis gemmis undiquaq; refulgens, ca-  
piti apposuit, eoq; amictus, ac regio habi-  
tu circumornatus, condescendit alium equū,  
longe præstantissimum, quem nulli, quam  
Turcarū Imperatori condescendere fas erat.  
Idem fecerunt aliij purpurati, & primores,  
atq; iterum cadauer in eadem rheda con-  
textum est, moxq; alia uexilla noui Princi-  
pis erecta sunt, eiusq; nomen præalta, & so-  
nora uoce, magnoq; applausu, ab omnib.  
inclamatum. Tum singuli ex præcipuis, q  
dignitate reliquos anteibant, gradatim e-  
ius manus reuerēter exosculati sunt. Is ue-  
rō, ubi omnia, quę ad militarem disciplinā,  
ciuilemq; administrationem pertinebant,  
constituisset, & prætorianis, reliquisq;  
quorum in eo bello uirtus, aliquo insigni  
facinore inclaruerat, donatiuum grati ani-

Selymus sa-  
lutaris impe-  
rator.

mi ergo exhibuisset, statim paternum cada-  
uer Byzantium transuelhi iussit, ut regia pō-  
pa se pediretur in mausoleo, quod ipse met  
Solymanus, csi esset in humanis, faciendū  
sibi curārat, idq; fertur tāta operis magnifi-  
centia extuctū. ut merito cū illis celebrio-  
bus, de quibus ueteres scriptores narrant,  
a quiparari posst, estq; situm in augusto-  
ri templo, quod ipsi Moscheam appellat.  
Amhato, qui habet in uxorem eius neptē,  
& Ferahato, purpuratis, in iunxit, ut illud  
ambo comitarētur cū satis firmo præsidio,  
& custodia Ianizerorum ex his, qui fuerāt  
in castris, & cū multis alijs magnatibus, re-  
gioq; uexillo, ipseq;, haud multo post sub-  
sequutus est cum reliqua parte exercitus,  
ut Bizantium rediret, ibi q; omnia, quæ ad  
belli, pacisq; rationem spectarēt, maturo,  
ac prudenti cōsilio perficeret. Hoç autem  
X. Cal. Decemb. Constantinopolim dela-  
tum est, eiq; primus, honoris causa, obuiā  
uenit Mollius, primarius antistes apud  
Turcas, quem aiunt descendere ex Mahu-  
meti linea, & reliqui omnes peritiores le-  
gis, qui tum erant in urbe, & Scander pur-  
puratus, cum omnibus questoribus, quicq;  
alia pfectura, & munere fungebātur, & cū  
in numero aliorū comitatu. Omnes, ut me-  
ritiā p̄ se ferrent, atra, & lugubri ueste, ac  
ex

exiguis tegminib. ex linthea fascia, caput  
 uelati præcedebat, ex' que hic uolo abstractū  
 proceres suis manibus exceperūt, & alter-  
 natim per urbem, quod magis in sublime'  
 poterat, circumtulere, præcedentibus ijs, q  
 iuris peritiores habebātur, hiq; clara uoce  
 mystica eorū sacra, de more, ad sepulchrū  
 usq; recitatāt. Hic tandem, eo solenni ritu,  
 & ceremonia, q in regū Ottomanice fami-  
 liae iustis obseruatur, conditū est, & supra  
 tumulum appositū est insigne ornamen-  
 tum, cōtextum ex diuīti serico, una cū en-  
 se, ut innueret, illū semp à puerō, rebus mi-  
 litarib. intentū, & post multa egregia faci-  
 nora, & præclaras uictorias uarijs tēporib.  
 adeptas, etiam in bello fūg uirtutis gloriā  
 terminasse. Interim Selymus IX. Dec. By-  
 zantiū puenit, eiq; statim uniuersa ciuitas  
 cū ingēti plausu, & letitia, obuiā processit.  
 Quod uero ad Solymanū spectat, si q's auet  
 cognoscere singula, q abeo mari, terraue ge-  
 sta sint, & q'ties in Pannoniā, & Austrīā ar-  
 matus accesserit, quāle cruentis p̄lijs con-  
 tra Persas dīmicauerit, id cū ex alijs p̄batis  
 autorib. tū pr̄sertim ex Paulo louio, viro  
 etatis nostrę cū facūdia, tū eruditione clarissimo, intelliget. Quod aut̄ ad rē naualē spe-  
 ctat, huius qdē classis opulēta, omniq; mi-  
 litari apparatu instructa, perspē nostras  
 oras

oras inuasit, ac, ut plurimum, dira, & calamitosa sui recessus uestigia post se reliquit. Postremis sanè temporibus ad Lothophagitem insulam insigni clade Hispanum affecit. At Melitensis oppugnatio huic in foelicissime successit. Rursus ad Chium insulam prospere illi cuncta euenerunt, atque ita uidemus, Fortunā in eo, ut in terrestribus bellis, ita quoq; in maritimis, uariam (uti plerūq; fieri solet in humanis rebus) excitissē. Quum ē uita excederet, sextum, ac septuagesimum annum attigisse dicitur. Selymus quidem eius pater, qui annis octo regnauit, obiit anno Salutis Christi nae supra millesimum, & quingentesimum vigesimo, nullumq; alium reliquit filium, qui tot regnorum hereditatem adiret, præter hunc Solymanum, quem ex Bosphorana uxore suscepérat, isq; Imperij titulum adeptus est eodem Mense, quo & Carolus Cæsar, & à Germanis proceribus Princeps declaratus. Cum ad paternum solium enectus est, duodeuigesimum annum agebat, & regnauit annis quadraginta sex. Qui eius naturam obseruarunt, illum ab æQUITATE, continēTIA, liberalitate, magnitudineq; animi plurimum commendant, eumq;, ob heroicas virtutes, tanta fortuna, & Imperio dignum, omnino existimauunt,

runt, & nihil denique in eo, preter Christianæ fidei cognitionem, desiderari potuisse. Statura dicunt eum fuisse supra mediocritatem, habitu graciliore, cervice oblonga, ore candido, & exangui, ac osse prope modum nasi, arcu eo plurimam adunco. Viuente Habraymo, qui Visir, hoc est, purpuratorum Princeps euaserat, quique reliquos aule proceres gratia, & authoritate anteibat, ad eum, rerum omnium summa respiciebat, adeo, ut ipse, in eius uiri consilio, fide, ac uigilantia conquiesceret. Nec sanè immerito. Is enim fuerat ingentio excelsus, graui, expedito, & ad uitutem exornandam, quam maximè procliui, & liberali. Hoc è uita sublato, Luphtebelius, qui Solymani sororem in uxorem duxerat, & Ajax, purpurati, & post Luphtebelium, uxoris iurgio dignitate exutum, Solymani eunuchus, & in primis Rosthanes Solymani gener, plurimam gratia, & authoritate ualuerunt. In horum locum successore Mehemetus, Partaus, Perhit, Atmatus, & Mahumetes. Quod uero ad rem naualem spectat, Hariadenus Barbarussa, Sinas, & Aidinus, ambo Smyrniæ, Assanes Celebinus, Corcuttes, Draguttæ, Alypartus Aly, & Pial, inter suæ classis prefectos supremum locum obtinuere. Ceterum, si commemorare libeat, quæ causæ

Solyman

Solymanum impulerint, ut præfatū Ab-  
raynum, è gradu, tanquam è fastigio sum-  
mæ fœlicitatis, ac fortunæ, præcipitem da-  
cum, nocte in cubiculo per eunuchum car-  
nificis munus obire solitū, in puluino dor-  
mientem iugulari præceperit, & cur etiam  
aliquot post annis, ipsummet Mustapham  
natu maximum, & eximij corporis, atq;  
animi dotibus præstantem, eiusq; socios,  
ante prætorij uestibulum, eoq; astante, ac  
inspiciente, necandos iusserit, opus sane ni-  
mis excresceret, actumq; agerem, cùm non  
desint eruditissimorum uirorum scripta,  
quæ hoc apertissime declararint. Quod uè-  
ró ad seruandā fidei rationem attinet, pro-  
fecto neminem arbitror, cū ex Ottomanæ  
familiae regibus, tūm ex alijs, extitisse, q; ea  
purius, atq; sanctius coluerit, quiq; scepis  
nobilem illum experitum magnis Princi-  
pibus, at raro oblatum à fortuna, clemētia  
laudis fructum excerpserit. Huīus autem  
rei maximum specimen exhibuit, cū Ca-  
stræles (hi aut oīto millia passuum ab Hi-  
drute distant) captiuos, q; oppugnati, sece-  
pururatis dediderat, ea cōditione, ut sibi  
uita, & libertatē cōcederent, oēs diligētissi-  
mè pquisitos, impositosq; nauigijs, ad su-  
os penates in columnes reduci iuisit, & ge-  
neroſo animo, quos cōperit maleficij au-  
thores

thores fuisse, suppicio affecit. Quid? non  
ne etiam huius lenitatis, & mansuetudinis,  
testis est Rhodiæ militiæ magister, Philip-  
pus Liladamus, quicq; cum illo aderant,  
eiusdē sacrī ordinis equites, quos ille Rho-  
do quintū post Mensem p deditioñē expu-  
gnata, saluis rebus, atq; in columnes dimisit.  
Nōnne inluper, Ioannē Sepulsum à Ludo  
vici obitu, Pannoniæ regē constitutū, lices  
nec regia stirpe ortū, nec beneuolo tunic  
animo erga se affectū, quia tamen in suam  
clientelā ultrō acceperat, sua ope, ac patro-  
cino tutatus est, idemq; studiū erga eius  
filiū Stephanū, & nepotē, ppetua fidei con-  
stātia demōstrauit? At inquires, Nōnne i-  
psius iussu, atq; imperio, à lanizeris sœuitū  
in eos milites (horum aut ferè septingenti  
extiterant) qui ei arcem Budanam pactio-  
ne tradiderant, ipsoſq; cum in Posonium  
abirent, ad unum trucidatos? Id equidem  
haud inficias inerim, & hoc tam sœux ne-  
cis facimus, haudquaquam defendendum  
suscipio: sed tamen huic rei magnam occa-  
ſionem p̄t̄ebuit, cum illorum militū per-  
fidia (sic enim ipse cēlebat) tū Nadasti eorū  
prefecti probitas, quem, nullo modō dedi-  
tioni assentientem, in uincula coniecerant.  
Igitur, quād maximē dolendū est, hunc ta-  
kem, tācumq; Principe, à uera fide alienum  
exti-

extitisse, quandoquidem his egregijs aucturibus, cum optimis quibusq; regibus, quos uel Græcia, uel Roma (de Christianis etiam loquor) hactenus merito comparari posset. Ceterum, id scimus diuinæ bonitatis, & clementiæ munus esse, neminemq; ad id felicitatis peruenire, nisi quem Deus ipse, gratulitò traxerit, uel cui uoluerit, ipsius Filius revelare, ut sacræ literæ testantur. Interim est, ut cogitemus, Deum, his etiā, quos plena sui Filij cognitione desituit, interdum eximias dotes elargiri, quibus eius gloria illustretur, & quanquam à uera fide absunt, huiusmodi tamen uirtutibus præfulgent, ut ob eas merito commendari debeant, indeq; mortales occasionem arripiere, ut egregias ipsorum actiones imitentur, & si quid minus decorè ab eis gestum sit, pro uirili effugiant.

Vt uero hęc paruula de Solymano adiiciā, deinde ad alia progrediar, is, tametsi fortuna (ut dictum est) aliquando uariam expertus est, hanc tamē, ut plurimū habuit suis optatis secūdā, & fauentē, adeo, ut imperium sibi à parente, suisq; maioribus relietū, nō modo cōseruārit, sed etiā lōgē, lateq; amplificauerit, in cuius quidē amplitudine, atq; annorum numero, hunc nemo ex Ottomanis regib. adēquauit. Quod si etiā quatri-

duo

duo uixisset, haud sanè dubiū, quin multo  
legior ex hac uita emigrasset. At infelix il-  
le, ac tristis euentus, quē paulò antē Meli-  
tensis obsidio sortita est, haud sanè medio-  
cri dolore illum affecit, multoqe magis an-  
gebatur, cūm cogitaret, se, nunquam (ut  
semper hoc in uotis habuerat) Viennam  
expugnare potuisse. Nam, ex tribus opta-  
tis, quæ uiuens animo habuerat, hoc aunti  
fuisse præcipuum. Videlicet, ut ea urbe post  
tiretur, tanquam clavis illius Imperij, quod  
legitimo iure ad se pertinere iactabat, quia  
magni Cōstantini, qui utiuersi orbis Au-  
gustus Imperator extiterat, sedem, & sce-  
ptrum, atqe urbes eius Imperij teneret, uti  
proauus Mahumetes, expugnata Constan-  
tinopoli, & Constantino, supremo Græ-  
corum Imperatore, superato, atqe occiso,  
hec omnia iure Belli capta; Ottomanis re-  
gibus adiecisset. Alterum erat superbium  
illud, & augustum templum (Moscheam  
superius appellari diximus) quo dicitur ipse met  
Byzatij eximia structura, & maximis sum-  
ptibus construi iusserset, perfectum, atque  
absolutū uideret. Postremum, erant qui-  
dam Aquæ ductus, instar eorum, quos ue-  
teres Romani summa omnium admirati-  
one instituerant. Hos namqe, itidem ad co-  
ronidem perductos inspicere cupiebat.

His autem, & priori potissimum, prius quam fato decesseret, impetratis, omnium se regum fortunatissimum existimasset.

Hæc in præsentia de Solymano dicta sufficientant. Huius quidem obitus Cæsar admodum sero innotuit, idç (ut audiu) per Venetos, quod sane cùm ipsi, tunc Cæsarianis proceribus, & alarū præfectis, maxime omnino admirationi extitit, cùm animaduerterent, quanta prudentia, & sagacitate, is, qui summam rerū in castris tenebat, hæc omnia tam alto silentio inuoluerit, adeò ut in tanto exercitu eius mors, reliquæ militibus innotuerit. Hoc enim si accidisset, facile illorum animos excitalset, ut armis correptis, regium thesaurum prædati essent, atq; ab ordine recessissent, idç Maximiliano magnum (ut antea dicatum est) ad singularem uictoram aditū præbuisset. At quoniam, qui reliquis præcerat, ex Solymani uita uniuersi quoç exercitus salutem, & incolumentatem pendere, sibi omnino plurimis de causis persuaserat, his malis opportune, ac prudenter, obuiam iuit. Hic enim ex ueteribus monimentis didicerat, Byzantiū, haud alta ratione, in Baiazetis Imperiū, ac potestate uenisse, Anno à partu Virginis, M.CCCC.LIIIL

quam

quam per Io. Iustiniani exercitus præfecti  
absentiā. Cūm enim ab hoste grauiter uul-  
neratus, omissa defensione, se à castris, quō  
sibi tiulnus curaretur, subducetet, tantum  
terroris in suorum animis iniecit, ut statim  
ea nobilissima urbs, caput Orientalis Im-  
perij, cū maxima, & incredibili Christiani  
nominis pernicie, amissa fuerit. Id autem  
ualde alienum est ab eo, quod ante illū fe-  
cerat M. Antonius Columna, uir egregi  
animi, ac uirtutis. Cūm enim ob sideretur à  
Gallis in turbe Verona, & in erigendis ti-  
bicinibus, ardētiūs, atq; incautiūs in opere  
uersaretur, maioris pilæ globulo ita iectus  
est, ut plumbea glande per brachiū adacta,  
corpus etiā, sublato humeri osse per alā in  
tergū, quatuor effectis uulneribus, emerse  
rit. Dissimulauit in presens grauissimi uul-  
seris dolorē, atq; periculum, uir ante alios  
fortis, dū mūrū ille prueret. Hic etiā norat  
idē olim sensisse purpuratos, & p̄torianos  
milites, q̄ Amurathem, filiū Mahumeti, in  
bello sequebantur. Hi enim nolebant, nec  
etiā sibi in animū inducere poterāt, se ullo  
modo abfc̄s illius præsentia posse uincere,  
ideoquē in prælio, quod gestum est in  
planicie Varnensi, qui locus quatuor di-  
erum spatio abest ab urbe Adrianopoli,  
contra Ladislaum, regem Sarmatiæ,

magna ui usi sunt in personam prædicti Amurathis. Cùm enim hic Imperator, licet in multis bellis antea se ualde strenuū & fortē declarasset, suos præter omnem spem in fugam ueros animaduerteret, sic animo consternatus est, ut conuerso equo, salutem in fuga constitueret. At illi, qui contra eius præsentiam, se nihil egregie facturos putabant, equi habenas manibus abripientes, eum ui retinuerunt, acriter & obiurgantes, contra hostes uerterunt, & prælium, ut instauraret, multis cohortationibus, & minis adegerunt, indeq; factum est, ut, quoniam hūc omnes, qui præcipuum locum in castris habebant, protintis consentia commotī, secq; in eius persona, tanquam in speculo, contemplantes, fortissimè dimicarent, ipseq; postea, deuictis hostibus, insignem ab eis uictoriā reportavit. Hæc exempla Mehemetum commouebant, ut Solymani obitum, quam secretioccultaret, nemiles, suo Principe orbatus, & perturbatis signis, & ordinib. ad defectionem, ut sæpè fit, inclinaret, & confessim à ducū Imperio desiceret. Quod autem ad Solymani obitum spectat, qui fuit quarta die Septembris, paulo post meridiū, si remotis affectibus, rite omnia perpenda-

1366  
Solymani  
mors Christii-  
anis proficia.

pendantur, fateri cogemur, eum Christianæ  
 Reipublicæ perutilem; ac proficuum  
 exticisse, cùm ab eo nihil sanè aliud, quām  
 perpetui bellorum motus, atq; omnis ge-  
 neris calamitates olim (ut anteā fecerat)  
 expectari potuissent. Nam facile ex prē-  
 ritis rebus colligi potest, illum decreuisse  
 cum suis copijs hybernare in Pannonia, ut  
 occiduam Europam, & Christianos Prin-  
 cipes, quibus haud dubie (dum uixit) ma-  
 xima semper detrimenta, & clades intulisse  
 conspeximus, continenti cæde, ac prælio  
 uexaret. Etsi uero (ut pleriq; censem) su-  
 pra centena hominum millia in hoc bello  
 amisit (nam constat, sub sola Sigethi op:  
 pugnatione, perisse Turcarum fermè ui-  
 ginti millia, & Ianizerorum supra sex  
 millia, ut interim omittam clarissimo-  
 rum uirorum necem, inter quos fuit Mi-  
 serius, Alypartus, & Capitschius, omnes  
 purpurati, & supremi nominis) quorum  
 pars ferro, pars autem uarijs morbis atque  
 incommodis interierit, cùm in eius castris  
 maxima inesset commeatus & pabuli pe-  
 nuria, militum tamen iactura nihil sanè,  
 aut parum ei affert nōcumenti, cùm ille rā  
 amplum, atq; augustum habeat Imperium,  
 semperq; suas copias recentium uirorum  
 accessione instaurare possit, & licet inter

illos plurimi sint inglorij, parūq; strenui,  
huiusmodi tamen sunt, ut, haud quidem  
mediocriter ad nostrorum lassitudinē cō-  
ducant, cum ipsi nulla re magis egeant,  
quam supplemento, atque auxiliarijs mi-  
litibus, in quo quidem satis edocemur ex-  
emplo Xerxis Persarum Regis, qui tam  
ingentibus copijs Græciā inuasit, ut exsic-  
caret Humina, aequaret montes, & super  
maria pontes construeret. Contra hunc  
ueniens Leonida Spartanus, cum sexcen-  
tis duntaxat militibus, exercitum, in quo  
supra quingenta hostium millia, fuisse di-  
citur, extemplo adortus est, & per totam  
aciem uictor decurrens, maximaq; strage  
illata (quippe qui norat se, non spe uicto-  
riæ, sed in suæ mortis ultionem confige-  
re) tandem non quia uictus foret, sed uti-  
lam fessus, lassusq; uinceret, cum suis o-  
mnibus inter confertissimos hostes acerri-  
mè prælians interiit. Præclarè igitur eue-  
nit, ut Solymanus singulari prudentia, &  
bellicæ laudis uirtute insignis, è medio  
sublatus sit, eoq; tempore, quo eius uires  
magis formidabiles apparebant.

Cæterūm, ut ad nostros iam paulisper  
se referat oratio, simulatq; Turcarum  
copiæ ex Pannonijs recessere, Iauarini, ubi  
Cæsarem castra posuisse narratum est,

haud

Leonida  
Spartani  
mors.

haud mediocrè infortunium contigit.

Ibi enim III. Calend Octobris, in cuiusdam militis contubernio, ex coci (ut fertur) incuria, ignis accensus est, & paulatim noto flante ab Occasu, flammisq; admodum secundo, ita crevit, ut, cum omnia illa ædificia ex combustibili, atque arida materia constarent, nulla domus ab igne immunis extiterit, excepto prætorio, ac æde primaria, quæ quidem loca duntur solidis lapidibus construebantur.

In hoc autem Fortuna paulò mitior uisa est, quod ipsum templum, in quo nitrius puluis asseruabatur, ab ea ui elementi prorsus intactum, atque illæsum remanserit. Quod autem Vulcani rabiem euitauit, id protinus militum prædae, ac rapinæ obnoxium fuit. Hi enim auaritiae studio incitati, atque impulsi, in plurima tecta ignem intulerunt, ut his conflagrantibus, magis impunè, atque commodius alienis bonis ditescerent.

Porro haud facile uerbis exprimi potest, quantum damni, atque incommodi, ea calamitas, cum uniuerso exercitu, tunc oppidanis, ac toti demum provinciæ attulerit, cum in eam, tanquam in tutissimum refugium, plurimi negotiatores, & qui finitima loca incolebant,

uariam supellecilem, & quæcunque hic a  
mortali bus potiora cœsentur, asportassent.  
Paucis post diebus, Cæsar, cum brumale  
tempus iam appeteret, hostesque Byzantini  
uersus, profectione suscepissent, castra sol-  
*Maximilianus* uere constituit. Magno itaq; Reguloru; ac  
redit Viennā. Nobilium comitatu septus, Viennā se re-  
cepit, & priusquam inde abiret, Salmensem  
Iauarini cum sat firmo præsidio reliquit,  
qui oppidum fermè dirutū, ac incensum,  
diligenter instaurandum curaret, eaquie de  
causa, ubi primum Viennā peruenit, certā  
illi pecuniae summam destinauit. Sub idē  
*Ferdinandus* tempus, Ferdinandus quoq; se in Bohemiam  
redit in Bo-  
hemiam.  
contulit. Nonnulli humanarū rerum spe-  
cuatores ualde admirantur, nostros, neq;  
Turcarum castra inuasisse, ut oppida, & ar-  
ces, ab eis oppugnatas, obsidione libera-  
rent, neq; aliquid insigne oppidum occu-  
passe. Cæterū, si quis hæc omnia æqua-  
lance ponderauerit, haud sane impruden-  
ter illos egisse cōperiet, ut ita se suis castris  
continerent, suosq; fines protegerent, ac  
tuerentur, quam uel uniuersi belli casum  
subirent, uel in aliquius oppidi expugna-  
tione tempus conteferent. Nam si forte  
accidisset, ut hostis prælio lacesitus, armis  
eos inuasisset, Martemque fauorem habu-  
isset, liber omnino aditus ei ad Viennam,  
indeq;

indeç per omnem ferè Germaniā patuīset. Quod uero ad alterum spectat, non mediocris in ea re difficultas cernebatur. Diu quidem (sicuti paulò ante' commemorauimus) inter ipsos duces, ac pceres, de utracq; re disputatum est, & collatis sententijs, tandem ex constitū decreto, exq; Cæsarīs præscripto, statutum est, ut neutrū horū fieret: sed tantū ab eis occasio rei benē gerendæ obseruaretur, ipsiq; sua castra uallo, atq; aggeribus communīta, omni ratione tuerentur.

Dum hæc in Pānonia fierent, ortum est Belli Gotthi-  
in Saxonīa ciuile bellum, quod sanè ingen  
tes motus in ea Provinciā excitauit. Id au- enarratio.  
tem gestum anno millesimo, quingente-  
simo, sexagesimo septimo per Illustrissimū  
Electorem Saxonīæ, Augustum, aduersus  
Gulielmum Grumbachium, ac eiusdem  
conspirationis socios, idēq; ex Imperij de-  
creto. Cūm autem Ioannes Fridericus Vi-  
nariensis, Grumbachi, & sociorum cau-  
sam approbarer, omnīq; patrociniō tuere-  
tur, primum à Friderico Palatino Electore,  
a Philippo Lantgrauio, Gulielmo Iuliacē-  
si, eius auunculo, multisq; alijs Germaniæ  
Principibus, amanter admonitus est, dein-  
de etiam ab ipso Cæsare, ne ulterius perge-  
ret, ac etiam declaratum, quo illi pericu-

ha instarent, nisi quamprimum sententia Imperij pareret. Cum uero, neque amicorum cohortationibus, necq; minis mouetur, ipse quoq; una cum alijs proscriptus est, & Augusto Electori tota belli summa ab Imperatore, accæteris ordinibus, uno consensu demandata fuit, ut in eos bellum gereret. Author seditionis Grumbachius, una cum foederatis, etiā à Ferdinando Cæsare, in publicis comitijs anteā proscriptus fuerat. Sed quoniam, unsuerū hæc Historia copiose apud Germanos descripta est, ac typis excusa, in eaq; omnes causæ commemorantur, quib; Imperij sententia iuste in eos promulgata est, ipse in præsens ab eius longiori enarratione supercedeo. Huius tam sceleratæ conspirationis fautores, ac præcipui, fuerunt, Gulielmus Steinius, Ernestus Mandeslauius, Brandensteinius, Io. Beierus, David Bomgartnerus, &c plæriq; aliij, qui omnes, cū reliquis debitas seditionis conatus pænas persoluerunt.

Ipse quidē Grūbachius, & Christianus Bruck, eius Cæcellarius, dissectione corporis in partes quatuor, ob læsæ Majestatis crimen cōmissum. Ex cæteris, nōnulli fuere suspensi, & quidam capite truncati. Obsidio habita est in urbe Gothana, media, & aspera hyeme, tantaq; celeritate, ac silentio in-

finchoata est, ut ante urbem pscripti prius  
 armatas acies conspexerint, & bellicorum  
 tormentorum exaudirent fragores, quam  
 hostiles apparatus somniariat, securi ni-  
 mis, Imperatoris Hungarico bello disteti  
 occupationibus, & contemptu non Electoris  
 tattu Saxonie, sed uniuersi quoq[ue] Imperij,  
 ead re factum est, ut obfessis facultas tuto  
 elabendi, & opportuna auxilia colligendi,  
 aliosq[ue] Principes concitandi, adempta sit.  
 Vrbs autem deditio capta est una cum  
 arce, Idibus Aprilis, hora circiter sexta ue-  
 spertina, & in hac etiam Io. Fridericus, eo  
 die, quo ante annos uiginti, fuerat uictus,  
 & captus in acie Io. Fridericus senior, hu-  
 ius pater, penè eadem hora. Aiunt, eodem  
 die, quo haec deditio facta est, solis aspe-  
 ctum luisse atrum, & fermè totum sanguis-  
 neum: quod sanè prodigium etiam acci-  
 disse dicunt in expugnatione Mulbergen-  
 si, cùm Io. Fridericus captus est à Carolo  
 V. In arce, quæ vulgo Grimmestein, re-  
 pertæ sunt centum sexaginta bellicæ ma-  
 chinæ, ex quibus nouem insigniores, Au-  
 gustus Elector, quo duce, bellum ex Impe-  
 rij (ut dictum est) decreto, administra-  
 tum, & fœliciter confectum est, sibi uen-  
 dicauit: reliquas cū Duce Io. Guîhelmo,

ex

ex æquo partitus est: octo grandiores machinæ Cæsari dono missæ. Prisquam uero ad inchoatum opus reuertar, minime alienum fore judicaui, si quomodo præfatus Fridericus, captiuus Viennam sit perductus, quam breuissimè arringam, ut hic (si magnis parua componere liceat) aliqua forma triumphi Veterum proponatur. Viennam igitur X. Cal. Iulij, circiter horâ quartam à meridie, in curru hac pompa perductus est. Primo uenerunt centum equestres Norici. Hos sequuti sunt centum equestres Saxones, deinde octo equites, à qui bus uexilla uersus terram submissa defebantur. Deinde currus uehebatur, in quo erat ipse Princeps, pileum stramineum in capite circumferens. Vehiculum dimidia ex parte regebatur: sed quoniam eo die ingens pluia ceciderat, superficies non erat erecta, sic, ut eo tempore, undique ab omnibus conspici posuerit. Huic prætereunti spectatores ubique, aperto capite, honorem exhibuerunt, & ipse nutu eis gratias agebat. Currum circiter quingenti pedites comitabantur. Post illum ducebantur octo bellica tormenta, & singula, duodecim equis aduehebantur. Prisquam in hospitium, quod fuit ad insigne aurei Angeli, diuerteret, uarijs uiarum amictibus per celebriores

lebriores urbis plateas circumuectus. Ex urbe Vienna in nouam ciuitatem perduixerunt, eisq; milium Germanorum, qui erant numero quinquaginta, & Cæsareis sumptibus alebantur, præsidium impositum est, à quibus diligentissime asseruatur. Ex suis autem, illi tantummodo relietus est concionator, medicus, coquus, & duo pueri. Deinde admissi sunt novi aliqui ministri. Proximo Mense uenerunt ad Cæsarem oratores Electoris Moguntini, ac totius familiæ Palatinæ, legatus Brandenburgicus, Vuitbergicus, Hafsiæ, Treuirensis, Cleuensis, Badensis, & Hennenbergensis. Hi omnes unanimi consensu, culpam ingenuè fateri, sed hanc potius ex infiditia, quam studio, & dolo factam dicere. Cæsarem lenitatis, & clementiæ, quæ semper Austricæ domui esset innata, sedulo admonere. Saxoniae insuper familiæ societatem, atque amicitiam, quæ semper cū utræq; intercesserat, pluribus exponere. Postremè eum summisse orare, ut si quid Federicus deliquerisset, benignè condonaret. His auditis, Cæsar iussit, ut sua postulata scriptis comprehenderent. Hoc autem, ubi egissent, ipse etiam scriptis respondit, se ipsorum petitionem audiuisse, ac se pro his Principibus, qui intercederet,

faci-

facilem, & clementem futurum, ac etiam agnoscere, illos pietate, atq; affinitate mortos, ad hoc officium impelli. Verum, hanc causam non esse priuatam, sed publicam, & huiuscmodi, ut ad uniuersos Germanorum Principum ordines referri debeat. Nunquid (inquit) cum uix minima eius pars consiliij, & arcani detecta sit, mira tamē inueniatur, quæ si optatos exitus facta essent, omnis Germania suscepit, deq; misceretur. Igitur in presentia nō grauitate ferrēt, si illius negotiū repulsam haberet, q; publico Principū omnium assensu effici deberet. Hoc tēsponso accepto, reç; infecta, discesserunt, & pr̄ter carceris mitigationē, ac leniorem custodiā, nihil aliud p eo tunīc impetratū est. Patei post diebus, missus fuit in arcē Posoniensis, ut ibi custodiretur. Hūc exitū habuit ciuale bellū in Saxonia, quod sane publicis rebus haud mediocre incommodū attulisse iudicatur, cū ob ingentē suminā pecunia, quæ in eo absumpta est, tum etiā, quia illustrissimū Electorem Saxoniam, & plorosq; alios Regulos impediuerit, quo minus, uel Turcico bello interfuerint, uel C̄sari eo tempore maiores supprias administrarint. Augustus, ob ea feliciter actas, Deo supplicationes decerni iussit, & numeros

mos argenteos excudi cum inscriptione  
TANDEM BONA CAVSA TRIVM-  
PHAT.

Dictum est superius, Cæsarem cum suis Viennâ reuersum esse. Ut primū itaq;  
huc pertinetū est, dimissi sunt Morauī, ac Exercitus Cæ-  
Bohemi. Ex Austrianis, complures missi faris dimissus.  
sunt Soproniū, & in reliqua oppida finiti-  
ma, ut reliquis admixti, repētinas hostium  
eruptiones p̄ficerent. Hi n. lōgē, lateq; p̄  
cas oras p̄dabundi grassabātur. In oppi-  
dū Catissam, quod sitū est haud p̄cul Sige-  
tho, missus est Thaius, cohortiū centurio,  
cū mille equitib. ac totidē peditibus. Di-  
missæ sunt etiā Germanicæ legiones, ex q; bus,  
ante discessum, quatuor peditū signa  
imposita sunt in insula Comaria, simulq;  
reliquis p̄fectis, ac militib. abeūdi uenia  
p̄misit. Alphonso Ateslino, duci Gui-  
siō, Brissacō, & reliquis p̄ceribus, ac insigni-  
bus uiris, Cæsar, pro humanitate erga se ex-  
hibita, pluriimas gratias egit, hiq; oēs breui  
pōst, ex aula dotnū uersos p̄fecti sunt. Inter-  
im indicta sunt comitia, ad q nobiles Aū-  
striaci conuocabantur, quō ibi ex cōmuni  
consilio decerneretur, qd. p̄ximo anno fieri  
oporteret, cū in Pannonia, tū in finib. Trā-  
syluanicæ,

syluaniae, in quibus subinde bellum inter  
Cæsarem, & Vayuodam inteccedebat, in  
cuius auxilium remanserat Partus Bassa-  
cum magno Scycharum numero, qui, ut  
frequentia, & multitudine, sic etiam nefas-  
*Scycharum* *immanitas*. frequentia, reliquis omnibus  
anteibant. Nulli sexui, uel ætati parcebāt.  
Infantulos (quod sane dictu est horribile)  
dissecatos, & uerubus attractos, ad ignem  
torrebant, & assatos deuorabant. Plurimi  
eorum, carne duntaxat nostrorum, & mu-  
liebris mammillis uescabarunt. Ob has  
itaq; pluresq; alias causas, publicos nobis-  
suum conuentus agi oportebat, in quibus  
Cæsar proponeret, quæ ad Reipublicæ sa-  
lutem, & decus pertinerebant. Conuentus au-  
rem Viennensis Quarto Cal. Decembris  
initium habuit. Oninibus his, quos Eccle-  
siasticos uocant, & regulis, ac nobilibus ui-  
ris, qui colloquio intererat, hec capita pro-  
ponebantur, uidelicet:

Ut darent subsidium superioris anni,  
cuius quidem summa erant ferme trecen-  
ta millia florenorum, pro atendis equi-  
tibus.

Ut quicunque centum annuos flore-  
nos haberet, equitem aleret, & ditione pro-  
quois numero centenario, florenum  
persolueret. Quoniam autem, et si Cæsar  
huic

huic bello interesset; proceres tamen Austriae interesse nolebat, ab eis mille equites, & quinq<sup>u</sup>e peditū cohortes, sibi dari postulabat. Adhuc uolebat, ut quilibet colonus, sex annorum spatio, per sex dies quotannis operae Viennensis manus admoueret. Prouinciales māsetunt aliquando pertinaces in his, que sibi proponebātur, priusquam aliquid responsū daret, nec sane quicquam horum concessuri videbātur, nisi prius Confessionem Augustanā, <sup>Austriaci pe-</sup>  
 quam ipsi summōperē expetebant, obti- <sup>tunt à Cæsare</sup>  
 neuissent. Id autē Cæsari permōlestū erat, Confessionem cumq<sup>ue</sup> ipsi hoc s<sup>æ</sup>pius urgerent, ab eo tan- <sup>Augustanam.</sup>  
 dem responsum est, se nullum fidei, ac reli-  
 gionis articulum proposuisse. Proinde his  
 tantum petitionibus responderent; nisi irā  
 sui Principis experiri uellent. Quocūcā, ne  
 ipsum grauius ad iracundiam prouocarēt,  
 hos tandem articulos ē communi omnium  
 consensu decreuerunt, se, uidelicet, bellī tē-  
 pore, centum ac trīginta octo milia flore-  
 norum quotannis persoluturos. Item, ut  
 quisquis centum annuos florenos habe-  
 ret, per tres menses unum equitem aleret,  
 & qui opulentior esset, plures etiam ium-  
 ptus impenderet. Ad reliquā itidem po-  
 stulata, se haudquaquam difficiles p<sup>r</sup>ae-  
 buere. Quatenus uero ad nouum dogma

de religione spectat, cùm hanc repulsam  
inuiti audirent, ac denuò apud Cæsarem  
pro ea instantent, hoc illis ab eo respon-  
sum est, uidelicet, ut quicunque aliam fidei  
rationem profiteri uellet, diuersam ab ea,  
quam ipse profiteretur, statim ueditis bo-  
nis, ex Prouincia discederet, atque ita illo-  
rum postulatis tandem silentium indicit  
est. Postquam Viennensibus Comitijs fi-  
nis impositus est, Cæsar, Brunam, qui lo-  
cus est in Moravia, se contulit, ibiçq; itidem  
conuentum celebrauit, moxque in Bohe-  
miam profectus est. In eo fecit sua postu-  
lata, sicut in reliquis, ut auxilia sibi ad bel-  
lum opportuna colligeret, & tandem ex  
publico decreto lanicatum est, ut Morauia  
loco nobilium, sibi darent mille, ac ducen-  
tos equites, qui mitterentur quocunque  
ipse uellet, & proceres loca finitima pro-  
pugnarent. Ut ex decimo quoque, unus  
ad Cæsarem, qui suam operam ei nauaret,  
mitteretur, & qui annuatim ad mille flore-  
nos haberet, annumeraret duodecim, &  
quatuor grossos pro quoquis dolio uini,  
aut cereuisiae. Idem etiam in Troppensi  
colloquio statutum est, nisi quod in eo, tre-  
centos equites addiderunt. His mature,  
ac celeriter expeditis, rectâ se in Bohemi-  
am transtulit, & Pragam illius Regni me-  
tropolim

*Conuentus  
habitus in  
Moravia.*

*Troppense  
colloquium.  
Maximilia-  
nus profectus  
in Bohemiā,*

tropolim ingressus, à tota urbe, regio, & magnificenterissimo apparatu exceptus est,

Paulo post, Boioariæ Principem, &c. Conuentus Iunchum, qui erat Cæsari à consilijs, cum habius Ratib quibusdam alijs proceribus, Ratisbonam bonæ p Princ misit, quò ibi eius nomine comitia indecē tipū Legatos. rentur, hiç dicto audientes, protinus illic periere, ac inuenerunt aliorum Principum Legatos, qui paulo antè ob eandem causam illuc accesserant. Itaque conuentu indicto, & péracto, è communī sententia constitutum est, ut pecunia trium annorum, reduceretur ad unum, ea tamen conditione, ac lege, ne illa ad Cæsaris manus perueniret, nisi contra Turcas bellum gereretur. Sed Pragæ omnes tres ordinis paratissimis animis astensi sunt, se per habitus Praebiennium illi hunc censum persoluturos, g. id est, quod singulæ domus posicæ in ditione Principum, Procerum, & nobilitum virorum tam sacri iuris, quam beneficiariorum, pro quolibet anno dimidium talerum soluerent, præter publica balnea, pastorum domos, & fabrorum officinas. Cæterum, Praga, & reliquæ urbes, quæ Cæsaris Imperium agnoscunt (hæ autem sunt tertius status Regni Bohemicí) pro singulis domibus

tres taleros annumerarent. Singuli ex Parochis omnium ciuitatum, uicorum, & pagorum, soluerent centum cruciatos, operarij nouem, serui, ac mercenarij grossum album. Feneratores cuiuscunq; generis, pro mille taleris, quinq;. Singuli mares ludæi, qui decimum annum attigissent, annuatim octo & quadraginta grossos albos, & qui essent iuniores, decem. Pro aulicis Cæsarianis, ac ære cōtracto, primores, pro quo quis quarto dolio cereuifizæ albæ, ac hordei, per biennium quatuor grossos albos persoluere statuerunt: At si Cæsar bellicæ expeditioni interesset, quorum redditus forent ad decem millia talerorum, eo tempore per spatium quatuor mensium aferent equitem egregie instructum, & minus diuites darent suam portionem iuxta facultates, quas possiderent, idemq; fieret, quoties oporteret tueri quindecim Comitatus regni Bohemici, id est, ut quisquis haberet redditus ad sex millia talerorum, is ad loci defensionem, suis sumptibus equitem armatum pasceret, & quilibet iuxta debitam portionem, praesidio adesset. Qui uero sub sua ditione centum subditos haberet, is decem pedites suis impensis aleret, hicq; omnes in quauis expeditione presto forent,

Hec

Hæc omnia Cæsar summa diligentia,  
& celeritate fieri curauit, ut, & copiæ, & pe-  
euniæ suppeteren, ne incautus hostili a-  
gmine circumueniret, si Turca denuo in  
Pannonicam rediret, quod quidem haud  
parua suspitione carere uidebatur.

HIS Bohemiæ comitij peractis, Vi- Maximilianus  
ennam rediit, atq; inde, paucis diebus in- redit Viennā.  
terlectis, in Pannonicam se transfulit, ut re-  
liqua etiam absolueret.

Cum Posonium uenisset, ibi etiam cō- Cōuentus ha-  
uentus habuit, cum proceribus illius Pro- bius Posoniū,  
uincia, in quo quidem post multas, & gra-  
ues querelas, quas primores detulerunt cō-  
tra multos militum centuriones, qui op-  
pidis præerant, ex communi demum sen-  
tentia decretum est, ut sibi eo anno cētum  
& quinquaginta millia nummūm aureo-  
rum traderent, eaq; pecunia potissimum  
eliceretur ex colonorum sessione, qui qui-  
dem duos taleros pro quavis sessione nu-  
merarent, & præterea, quiuis eorum tene-  
rebat quotannis, per spatium duodecim  
dierum, suam operam impendere muni-  
tionibus, quæ pro limitib; tuendis fie-  
bant. Cæterū, eo anno, quo nulli con-  
uentus haberentur, exactio redigeretur ad  
minorem summam, quæ tantummodò di-  
midiatam portionem contineret. Contrā

KK 3. uero

Petitiones Po uero, Cæsar deberet mittere suos Legatos, soniensium partim Hunnos, & partim Germanos, ad Cæsari exhibit utramque partem Danubij, qui uiderent bona iniustè occupata à Cæsarianis præfectis, & primis, ac legitimis possessoribus in integrū restitutis, animaduerteret in eos omnes, qui furtis, & rapinis inhiassent, omniaque scelera, & latrocinia prohiberet, quibus ipsi quotidiē miseros agricolas diuexabant. Amoueret insuper quædam uectigalia, & portoria insueta, quæ illis injungebantur, inter quæ erant uectigalia pro uino, & armentis. Pannonicis, ex quo neque Norici, neque in cæteris prouincijs ad præfecturam admittuntur, liceret oppida, & urbes, à suis regibus oppignoras, precio redimere.

Antistites autem hi crearentur, qui ad hoc munus, & dignitatē essent idonei, atq; hi ex Hungarica natione eligerentur. Item, si bona ex Transyluano recuperata, & prius ab Hunnis possessa, in suum emolumētum conuertere statueret, eos aliquo alio munere cōpensaret. Nobilis, qui sub se haberet 100 colonos, quoties Cæsar bello interesset, decem equites, & octo pedites suis sumptibus alere teneretur. Quod si aliis eius loco mitteretur, dimidiam eorum partem,

Quum

Quum uero nullum ab hoste periculū impenderit, omniaq; tranquillè gererentur, solummodo illis tres equites pro limitibus tuendis alendi essent. Hæc omnia fuere conclusa in conuentu Posoniensi, ob quæ Maximilianus, perspecta omnium eorum egregia in se uoluntate, plurimum se illis debere ostendit, eorum postulatis quamprimum satisfaceret, iussit animaduerti in quosdam præfectos, qui eorum stipendia sibi usurpabant, quique suo munere abutentes, homines earum regionum ad æquas, & legitimas querelas prouocabant. Plæraque alia humanitatis, & grati animi officia in eos contulit, ob quæ, illi gratias egerunt, eiisque seipso, & quæcumque hinc præcipua ducuntur, lætis animis obtulerunt. Etsi uero, cum in his comitës, tum etiam in alijs omnibus, reguli, nobilitasque omnis tum à Cæsare summis precibus contendit, ut sibi Augustanum dogma (de quo supra dictum est) amplecti, ac profiteri liceret, nunquam tamen assentiri uoluit, quin potius eos, ut in veteri sententia persisterent, hortabatur, scilicet huīus & fætorem, & promotorē publice declarabat. Peracto Posoniensi colloquio, Viennā reuersus est, idq; fuit pridie Non. Augusti, Anno LXVII.

**Tolayum op-** Supradicatum est, Toccaium  
**pidum obsi-** superiori anno per Lazarum à Schuenda  
**deur à Tran-** occupatum. Cum itaq; Transylvanianus eam  
**syluano.** iacturam egerrime ferret, omnē animi co-  
 gitationem ad illud recuperandum adie-  
 cit. Illuc igitur cum suis copijs profectus,  
 locum undique dira obsidione cinxit, no-  
 uemq; maioribus tormentis exteriora ur-  
 bis acriter concutere coepit. Hic locus (uti  
 anteā dictum est) alluitur duobus fluvijs  
 in confinio Pannoniæ, cumq; haud exigui  
 momenti foret, Schuendius nullo modo  
 illius propugnationem abiisciendam exi-  
 stimauit, ideoq; tametsi adhuc periculo, &  
 graui morbo afflictabatur, oppidanis  
 tamen praesidio adesse statuerat, & subinde  
 apud Cæsarem instabat, ut sibi suppeditas  
 mitteret, quò eis maturam opem adferret.  
 Is propugnatione audita, protinus ad eum  
 misit circiter mille equites, duce Henrico  
 Staupitio, sexq; auxiliarias cohortes, &  
 præcipuum medicum, qui ei, morbo la-  
 boranti, adesset. Misit etiam triginta plau-  
 stra onusta panno, commeatu, & pecu-  
**Transylvanianus** nia pro militari praesidio. Cum Vay-  
 cogitursolue- uoda interim in oppidi obsidione iam o-  
 re obsidionē, etidum perstisset, eoq; breui potitus  
 & suis praesi- uideretur, fama repente increbuit, ad dece-  
 dio aduenire, millia Scytharum inuasisse Transylvaniā,

&amp;

& multos pagos, ac ædificia incendisse. qui à Scythis  
Hoc nuncio allato, statim obsidionem sol- infestabatur.  
uit, & illuc profectus, primò per legatum,  
eos amanter cohortatus est, ut illinc disce-  
derent, manusque ab iniurijs absulerent.

At ipsi, de more, in omnes promi-  
scuè (ut anteā) debacchari, ac læuire perge-  
bant. Hoc audito, confessim suas copias in  
eos admouit, & palantes, atq; incautos ad-  
ortus, ex illis ad sex millia trucidauit. At Transylvanianus  
Scythæ, ut illatam cladem ulciserentur, obserdetur à  
ipsum in oppido Varadinensi cum aliquo Scythis in ope  
numero Turcarum obsederunt, & quia pido Vara-  
locus neque operibus, neque natura ualde dini.  
muniebatur, facile illum expugnassent, si  
qua bellica tormenta secum adduxissent.  
Is autem interim hostium confila præue-  
niens, clam ex oppido se abripuit, & in Transylvannia  
loca munitiora recepit. Ibi, mox maiori- fugit ex Va-  
bus copijs paratis, eisque accurrens, in radino, mox  
signem stragem intulit, adeò ut ex eis mul- copijs paratis,  
ta millia cecidisse parretur, praeter uulne- multa millia  
ratos, quorum etiam ingens numerus Scytharum  
extiterit, exque illorum manibus multa interficit.  
millia captiuorum erepta sunt, quos Bar-  
bari secum in miserrimam seruitutem  
abducebant, erantque inter illos, mul-  
tæ nobiles matronæ, ac uirgines, captæ  
in oppido Beregas, quo paulò antè, tan-

KK s quam

quam in tutiorem locum se receperant.  
Scytha<sup>rū</sup> & Nec sanè ulla oratione quis consequi pos-  
Turca<sup>rū</sup> im- set, quam miserè, ac horribiliter omnia ea  
manitas. loca, quæ sita erant uersus Cassouiam, po-  
pulati sint, quamque dira feritate in omnes  
agebantur. Ad arcem Filet, quæ Sepulcio  
adiacet, paulò antè uenerant quadringen-  
ti ex prætorianis militibus, qui passim in  
omnes promiscuè seuiebant, exque monta-  
nis oppidis ad nongentos captiuos secum  
abstraxerant. Hæc Scytharum, Turcarū,  
quæ plusquam belluina immanitas, mul-  
tum sanè terroris incusserat omnium co-  
rum animis, qui eas oras incolebant, eo-  
rumque præsertim, qui iuxta Danubium,  
Vagum, & Arabonem degebant. Paucis  
antè diebus, Byzantini cooperant duas ar-  
ces, uulgo (Comàr, & Calambach) & qui  
erant in Alba Regia, ex urbe egressi, no-  
stris iterum eripuerant Gesten, & Vitan,  
quæ oppida superiori æstate occupauer-  
rant, eorumque numerus quotidiè auger-  
batur, ita ut Palota, Vespriniū, ac Theor-  
data, sibi iam plurimum timerent.

Scythæ, post ingentem illam stragem,  
illatam à Transyluanis, admixti Turcis,  
inter quos erant plurimi Ianizeri, exquæ  
Getica Provincia, populabundi excurre-  
bant

bant per Rossiam, & Podoliam, quæ re-giones parent Sarmatarum Regi, multa-quæ illarum incolis damna inferebant, & plurimos pagos, atque oppida incende-re, quiquæ iam senio confecti erant, & ui-rium robore destituti, eos miserabili fœui-tia necabant, & inumeros ueriusque se-xus mortales, in diram captiuitatem ab-strahabant.

Postremò, Palatinum Rossiae in quo-*Scythæ à Pa-dam* oppido utrinque obsederunt. At i-*latino Rossiæ* pse non minus uetustate familiæ, quam magna clade bellica uirtute atque animi fortitudine in-signis, persæpè cum suis militibus, quos maximè strenuos atque impigros habe-bat, oppido egressus, ac in eos persæpè acri impressione facta, plurimis prelijs, qui-bus penè semper superior euasit, ferè om-nes ad internationem deleuit, eisicq; duode-cim maiora tormenta eripuit.

Supra ostensum est, Georgium Hosiu-totum à Cæsare missum fuisse Byzanti-um, uti cum Solymano de pacis conditio-nibus transigeret. Hic, ut primum de ip-sius morte fama diuulgari cœpit, Vien-nam reuerti statuit, eoquæ tandem Non. Ianuarij peruenit. Cum esset in itinere, Se-lymum Imperatorē sibi obuiū habuit, cu-ius quidē uidendi potestas illi facta est, sed minime

Quid Mehe minimè alloquendi, eique Mehemetus, metus dixerit ut abiret, imperauit, eo quod missus es Georgio Hus set ad Solymanum, quo mortuo, nihil o-  
futore Vien- mnind sibi esset, quod cum Selymo age-  
nam Byzatio ret. Sin autem eius rex aliquid a seim-  
redemmi. petratum uellet, alium destinaret, uel i-  
psemet cum legationis officio rediret.  
Addidit etiam, ut ei significaret, illum  
pessimè suis rebus consulturum, nisi pa-  
cem cum potentissimo Cæsare quam pri-  
mum peteret, multoq[ue] sibi satius fu-  
set si easdem pacis conditiones, quas an-  
teà cum Ferdinando inierat, constanti si-  
de retinuisse, quam ut temerè tam præ-  
potentem principem ad bellum prouo-  
casset. Notam esse ipsius imbecillitatem,  
secumq[ue] præclarè actum, quod Fata Soly-  
manum superiori anno ex hac uita sub-  
stulerint, alioqui pessimè suis rebus con-  
suluisse.

Quid Keret-  
schenius Hof-  
futore perscri-  
psit, dum trā-  
siret per Tau-  
rum.

Cum Taurunum tenuisset, ibi Keret-  
schenium, quem Iulæ præfuisse diximus,  
in uinculis detineri audiuerat. Hic uero  
multa est pollicitus Byzanino, qui Hos-  
futore dux erat, ut sibi eum adeundi co-  
pia daretur. Cum autem hoc ei pro-  
sus negaretur, ad illum literas perscri-  
psit, in quibus longa serie enumerauit,  
quaꝝ incommoda in Iulia obsidione tol-  
lera-

terauerat, & quam diu, quamq[ue] inani spe  
 nouum subsidium a Cæsarianis expectas-  
 ser. Insuper aiebat, se oppugnationem  
 septuaginta dierum pertulisse, adeo ut o-  
 mnium rerum iniopia premeretur, ipsos-  
 que hostes iā ferè super mœnia ingressos.  
 Licet autem se in maximo uitæ discrimine  
 constitutum uideret, spe tamen auxilij, si-  
 bi roties promissi, sustentatum. At cum o-  
 mnis ea spes prorsus euaniisset, tamdem  
 necessarij deditio[n]em a se factam. Postre-  
 mó petebat, atq[ue] obnixē orabat, ut amici  
 apud Cæsarem pro se intercederent, sequē  
 facili negotiō liberandum iri aiebat, si eius  
 loco præfectus Albæ dimitteretur. Vbi  
 autem liberatus esset, uelle se in carcere si-  
 bi per Cæsa[re]m assignato, ius, ac sententiā  
 æquo animo præstolari, nec sibi ulla in re  
 male consciū esse. Hæc omnia, multaq[ue]  
 alia huiuscmodi scripsit ad Hossutotum,  
 quæ ille suo nomine Maximiliano refer-  
 ret. Interim in aula Cæsar[is], firma omni-  
 um opinio increbuerat regulum Harran-  
 cum, qui suam filiam, filio Keretschenij des-  
 spopoderat, præfectum Albæ, quem ipse  
 Zeitiponti in arce subægrum adhuc in  
 custodia retinebat, pro Keretschenio di-  
 missurum, idq[ue] constanter & plurimis fe-  
 rebatur.

Cate-

Cæterum, Fortuna illi euentum longe  
miserrimum, & calamitosissimum parat.  
Cum enim innumeris apud Selymum que-  
rentur, se grauiissimis persœpē iniurijs, &  
contumelijs, eo tubente, affectos, alijs na-  
res, nonnullis os præsectum, & plerisque  
crudeliter uitam ademptam, huiusmodi  
querimonijs grauiter commotus, eum tā-  
dem accusatoribus donauit, ut ipsi pro ar-  
bitratu in eum animaduerterent. Hi er-  
go, statim dolium, clavis acutis perfora-  
tum, in montis fastigium detulerunt, & in  
eo Keretschenium inclusum de mōte præ-  
cipitarunt, eoq̄ dirō atque horribili sup-  
plicio uitam terminauit. Fama est, Arra-  
cum peracri dolore affectum, quod ei ma-  
tura ope adesse nequiverit, sibi q̄ue paulo  
postà p̄fecto Albæ, aureorum quinqua-  
ginta millia pro libertate annumerata  
sunt, & licet adhuc non modica summa re-  
staret, hunc tamen Cæsar dimitti uoluit,  
atque ita VI. Idus Augusti, priori liberta-  
ti restitutum Ioannes Suizendorfus Con-  
siliarius Cameræ Hungaricæ, usque ad ter-  
minos egregio comitatu perduxit, cum  
q̄ue is domum rediret, mira narrabat de  
applausu, quo sui eum excœperant.

Præter expositam pecuniam, Gorge-  
rus etiam, qui Iulæ captus fuerat, liberta-  
te

Mors Kerets  
schenij.

Præfectus Al-  
ba Regiae præ-  
tio redemptus.

re donatus est, ac eodem tempore, quo alter, dimissus. Interea Schuendius paulò *Zaduarū opa*  
*valentior factus, & maioribus præsidij pīdum occu-*  
*communitus, arcem Zaduaram nullius i- patur à Schue*  
*dōneæ rei egentem, quam militis, oppu- dio.*  
*gnauit. Hic locus ante parebat Bebeco,*  
*qui Cæsarem infensissimè oderat, eratq[ue]*  
*præcipuus author inimicitiae, ac dissidij,*  
*quod inter illum, & Transylvanianum aleba-*  
*tur. Is, cum se obseßum uideret, clam in-*  
*dē aufugit, breuiq[ue] pōst, qui mœria*  
*tuebantur, sese, atque oppidum illius fi-*  
*dei tradiderunt, ea conditione, ut saluis*  
*rebus, atque incolumes dimitterentur, &*  
*ita occupata est, pridie Non. Ianuarij, at-*  
*que ibi opima præda inuenta est. Præfe-*  
*cti uxorem cum omni supellestile, ac fami-*  
*lia, Schuendius liberè, ac tuto exire permi-*  
*fit. At bellica instrumenta, sibi integra*  
*seruauit.*

His peractis, aliud quoque oppidum *Munkatschū*  
*nomine Munkatschum, paribus fortunæ pugnatum à*  
*auspicij occupauit. Nam obseſſos bellī- *oppidum ex-**  
*eis tormentis nocturno, diurnoq[ue] tēpore*  
*haud quaterē cessauit, donec tādem ab eis*  
*ultronea deditio fieret.*

Militem gregarium inermem dimisit,  
*primores in uincula coniecit, & aliquot*  
*transfugas*

transfugas laqueo suspendi iussit. In hoc autem Fortuua usus est admodum secunda. Siquidē oppugnatio cœpta est haberi, XIII. Cal. Martij, & quadridui spatio uictoria potitus est. Proximo autem die maximus imber, ac exundatio subsecuta est, & nisi paulo antè oppidum expugnasset, profecto & milites, & omnia bellica præsidia in aquis perirent. Transyluantus, audita obsidione, statuit obsessis opeim ferre, ideoq; præsidario militi stipendum misserat, quo alacrius propugnationem urgebat. Hoc autem ubi à nostris cognitum est, illicō uectores cum pecunia intercœperunt, & præda cum Cæsariano milite, tūm satis ægeno, distributa est. Huius loci expugnatio Transyluanī animum uehementer commouit, cūm præsertim ex illius oppidi factura uideret, sibi præcludi aditum in Sarmatiā, & Russiā, unde nihil amplius præsidij expectari poterat, nisi illud magno suo incommodo per Moldauiā, quod quidem iter longissimum erat, plenumq; laboris, atq; molestiq; transmitendum curaret. Schuendius, ubi oppidum, cuius modo facta est mentio, cœpisset, statim relicto ibi præsidio, aliud, quod uigo Hust appellant, cum suis copijs arcta obsidione oppugnauit.

Hust oppidū  
obsidetur à  
Schuendio.

Per

Peridem tempus, prætor Budanus, u- *Prætor Budanus*  
 nus ex purpuratis, ad Cæsarē, ut sibi eius *nus* mittit mu-  
 gratiam, & studium conciliaret, dono mi- *nus ad Imper-*  
 sit duos equos admodum insignes, arcum *ratorum*,  
 egregiè ornatum, & pleracp alia munuscu-  
 la, quæ mille aureorum summam imple-  
 bant. Ab eo autem postulabat, ut quosdā  
 Pannonicos centuriones à līmitibus amo-  
 ueret, ne pacem, de qua tum agebatur, im-  
 pedirent, eorumq; loco Germanos præfi-  
 ceret, quorum naturam aiebat esse lenio-  
 rem, ipsecp uicissim pollicebatur, se capitis  
 pœna puniturum eos omnes, qui interim  
 ullas eruptiones fecissent, nouoscq; tumultu-  
 tus in eo regno excitassent.

Paucis pōst diebus, idem ad Salmēsem  
 regulum præscripsit, se ualde admirari,  
 Schuendum eo tempore aliquid motiri,  
 qui superioriestate, præsentibus Scythis,  
 latitauerat. Alacriter nihilominus perge-  
 ret, si quidem breui eos iterum affuturos,  
 & maiori frequentia, quam hactenus exti-  
 terant. Huic etiam paulo antè, alias litteras  
 dederat, in quibus, præter cætera, se haud  
 mediocriter admirari aiebat, quid Maximī  
 lianus pacis cōsilia cum suo Principe agi-  
 taret, cum interea sui grassareintur in ditio-  
 ne Transyluanī, cuius tutela & patrocīnī  
 ab eo perideret. Quod si ita pergeret, Sely-  
 LL      mum

mum inde occasionem sumpturum, ut o-  
 mnes suas vires in hostem conuerteret.  
 Quod uero ad se attinet, ingenuè pollic-  
 batur, se, omnem operam daturum, ut su-  
 us Imperator pacis potius, quād belli stu-  
 diosus foret, eumq; uicissim admonebat,  
 ut ipse quoq; suum regem ad idem cohor-  
 taretur. Vbi enim (inquit) ad arma uen-  
 ēum est, tūc adeo de utriuscq; capitib; agi,  
 & ipsos reges manere post principia, eos  
 que raro periculis exponi. Etsi ergo utrin-  
 que de pacandis rebus magno studio age-  
 batur, cōpositionis tamen peregrina tūm  
 spes apparebat, cum pr̄sertim proximis  
 annis, propter eādem arcem, quam nostri  
 expugnarant, omnis transigendæ pacis a-  
 ctio, quæ inter Ferdinandum, & Transyl-  
 uanum intercedebat, prorsus dirimeretur.  
 Itaq; facile cogitari poterat, hūc, nouis in-  
 furijs prouocatū, iterum arma turcica im-  
 ploraturum, eoq; magis, quod his locis a-  
 missis, toti Transylvaniæ magnum peri-  
 culum impendebat. Etsi uero nostri uel  
 Cæsaris iussu, uel rei difficultate impulsi,  
 ab oppido Hust, omissa obsidione, recesse-  
 rant, Byzantini tamē qui erant in frā Cas-  
 souiam, duce Hassan purpurato, arcem  
 Oppidū De- Dedes, Gabrielis Perini ditioni subiectā,  
 oppu-

Hust obſidio  
ne liberatur,

Oppidū De-

Dedes, Gabrielis Perini ditioni subiectā,  
 oppu-

Oppugnarunt. Qui mœnia defensabant, *des oppugna-*  
*cum acri obsidione se undiquaque premi tum à Turcis.*  
 consiperent, desperatis subsidis, clam, &  
 per loca occultiora, noctu aufugere. Hanc  
 hostis proximo die omni bellatore denu-  
 datam, facilis negocio expugnauit, moxque  
 ulterius progressus, omnia ferro, & incen- *Turcarum e-*  
*dīs iustabat, & facta eruptione, ad Agri, ruptiones.*  
 am usque populabundus excurrit, eaque  
 urbs in magno metu, ac periculo tunc esse  
 videbatur. Isdem etiam diebus Vayuo-  
 da productis castris, oppidum, quod ap-  
 pellant Riuulos Dominorum, & alterum  
 ibi proximum (uulgo Kouar) obsedit, &  
 breui utrumque suo Imperio adiecit. Hæc  
 tamen loca, non multo post, Cæsariani, li-  
 cet plurimis utrinque desideratis, denuò  
 recuperarunt. Quod autem ad secundi  
 oppidi expugnationem attinet, hoc pra-  
 xime hostes adiuvit, uidelicet, ignis casu  
 accensus in puluere tormentario, qui tunc  
 in arce afferuabatur. Hic enim arcem pro-  
 tinus incendit, pluresque ex militibus in-  
 teremit, & propterea cum pauci ex eis re-  
 manserint, qui propugnationem susci-  
 perent, facile in eorum potestatem uenit,  
 et si non absque magna uictoris occi-  
 sione. Multum enim, atque acriter

LL 2 pugna-

pugnatū est à presidiā milite, qui super-  
erat: sed tandem eo deuīcto, illud breui a-  
missum est. Isdēm diebus Temesuariensis  
præfectus, quoddam oppidum iuxta A-  
griam deditioñe occupauit. Cū m uero mi-  
lites inde egressi, abitionem pararent, ho-  
stes illos inlequuti, quosdam ex eis truci-  
darunt, & nonnullos captiuos fecerē. At is  
memor suæ fidei, protinus insigni quodā,  
& laudabili exēplo, in eos omnes, qui hoc  
facinus patrārant, grauissimè animaduer-  
ti iussit, & captiuos in libertatem afferuit,  
pecunia etiam pro uiatico donata. Iuxta  
oppidum Satmarum, Cæsariani, & Tran-  
sylvanicī, decimarum causa, manus conse-  
ruere, in eaq; pugnā nostri suēre superio-  
res, & quosdam ex hostibus cœpere. Pro-  
pe Iuliam, & loca uiciniora, confluēbat in-  
gens Turcarum numerus, quæ sanè re-  
haud exiguum futuri belli suspitionē pre-  
bebat, idq; tanto magis in multorum ani-  
mis cōfirmabatur, quò Eduardus Cerno-  
uichiūs, quem Cæsar tractandę pacis ergo,  
Byzantium leḡrat, inde reuersus, pro cer-  
to asserebat, Turcatum regem, nouas ibi  
copias parare, quas breui missurūs esset  
in Pannoniam, ducib; Partau, & Beller-  
beto, purpuratis, quorum alter Agriam,  
alter

alter uero Canisam inuasurus esset. At postea certior factus, Maximilianum ad se breui missurum oratores, quibus totum de dissidijs componēdis negotium iniungeretur, belli moram trahebat, ut uideret, quid tandem in horum aduentu decerneretur. Legati suēre Antonius Verantius, Agriensis Antistes, qui antea per integrum quinquennium, apud Solymatum oratorio munere functus erat, & Tiffenbachus, ambo consiliarij Cæsaris, uirique cūm eruditioне, tum facundia, & lingua- rum cognitione ornati. Hi ergo paratis omnibus his rebus, quæ ad eorum munus obeundum pertinebant, cum splendido nobilium uirorum apparatu Vienna circa finem Iunij, anno humanæ Salutis millesimo, quingentesimo, sexagesimo septimo Byzantium uersus, concessere. Secum autem præter alia munera deferebant, quædam horologia, summo, ac diuini artificio elaborata, quæ Cæsaris nomine, Turcarū regi exhiberent. Quasdam etiam pateras ex auro, & argento, purpuratis donandas, circumferabant. Horum autem omnium pretium quadraginta millia nummorum aureum summam excedebat. Vbi ad Comariam insulamuentum est, Byzantium quendam itineris ducem habuere, qui eos

LL 3 Budam

Budam usque fideliter comitatus est. Ut primum ad eorum limes accesserunt, nonnulli ex præcipuis, obusam eis progressi sunt, eosq; benigne, & comiter exceperunt, moxque Budam intromissi, à Dynasta illius urbis, perhumaniter excepti sunt eique Cæsar is nomine, duo pocula deaurata, & aureis opplata, detulerunt. Inde profecti, Byzantium uersus iter fecerunt, atque illuc tandem XI. Calendas Septembris ambo cum suis incolumes peruererunt, breuique post, adiérunt purpuratos, quorum præcipui tunc erant Mehemetus Selymi gener, Parchaus, Perhit, & Akinat, à quibus omnibus hilari uultu, & multa humanitate sunt excepti. Unde trigesima die eiusdem Mensis, in regia domo cum eis pransi sunt, & generosi, qui eos comitabantur, apud terrachas conuiuo excepti, quos ipsi Turcico nomine Sanzachos uocant, hoc est, signiferos, quod militari cum imperio prouincijs præsunt. Remotis mensis, Legati ad Selymum introducti sunt, ita lymum intro- ut singulis, binis purpuratis in medio arre- missi. ptis bracchijs, & quadam honoris specie sustentantes, ad dextræ osculum perducent. Neq; enim Turcae extenuos homines ad tyrannum aliter admittunt, quā ut sinū scru-

scrutentur, an ferrū sub ueste lateat, impli-  
 catisq; eo modo brachijs, commouendæ  
 manus potestarem facinus ausuris, dissim-  
 mulanter eripiant, quanquam & assidenti  
 in thoro circumpositus, paratusq; ad ma-  
 num clypeus, cum acinace, clavaq; ferrea,  
 ac item arcus, & sagittæ conspiciantur. Mu-  
 nera se cum allata, reuerenter exhibuerunt,  
 queq; in mandatis habebant, paueis corā  
 exposuere. Postridicē us diei, purpuratos  
 adierunt, & cum his, plenius de rebus om-  
 nibus loquuti sunt. Selymus interim  
 profectus est Adrianopolim, quo etiam  
 legati aduenerunt, atque ibi cum ipsis  
 proceribus de pace, ac eius conditionibus  
 transactum est. Ea uero inita, denuo Tur-  
 carum regem conuenerunt, manusq; (utī  
 anteā) exosculati, moxq; ubi abeundā fa-  
 cultatem petiissent, amicē, ac perhunc rati-  
 ter dimissi. Recedendi copia à Selymo im-  
 petrata, eandem postea à purpuratis obsi-  
 nuerunt, breuiq; mora interiecta, in Pan-  
 noniam reuersi sunt, indequē Viennam  
 Pridie Calendas lunij peruenient. His Oratores Cæ-  
 etiam se comitem adiunxit Ebrainus, qui sacer Viennā  
 orator ad Cæsarem mittebatur. Inde, reuersi,  
 tūc fuerunt initæ, & peractæ ad spatum  
 octo annorum. Conditiones erant, ut

LL 4 qui-

quiuis eorū possideret, quod sibi postremo bello acquisiuerat. Ut in huiusmodi inducijs contineretur Vayuoda. Item, ut Agricolæ, qui annum censem Turcis iuxta, & Cæsarianis annumerare consueverat, solis Turcis in posterū soluerent, eisq; solis posthac inservirent. Causæ, que tunc Selymū ad pacē ineundā cū Cæsare, cōmoverunt, plurimæ, ac uariæ omnino esse possunt; At proculdubio, ea uel præcipua uideri potest, ut se uidelicet, in suo Imperio, ad quod quidem nuper successerat, cōmodius, ac tutius præmuniret. Nam omnis fere Arabia, & populi finitimi, ab eo defiscere incœperant, & propterea magnam classem delectis militibus, omnique bellico apparatu instructam exornārat, eamque paulo antè in Syriam legārat, omnibusque proceribus, earum regionum, instruxerat, ut exorta dissidia cohiberent, omniaque ad priorem statum reducerent. Quæcunque tamen causa extiterit, ea saepe Germanicis, & Pannonicis rebus, toti denique Christianæ Reipublicæ optato euenit. Nam luce meridiana clarus est, Turcarum Imperatorem, quoties in nos bellum gerit, aut semper, uel frequentius, victorem existere. Quod si fortè accidat, ut uotis non potiatur, & Fortuna illius,

Fortuna illius conatibus desit, luctuosam  
 tamen & peracerbam sui belli memoriam  
 nobis perpetuo relinquit. Nemo est morta-  
 lium, qui nesciat, quam ingens, ac metuen-  
 da sit eius potentia. Ceterum, quidnam  
 obsecro, dicemus de miro, & incredibili stu-  
 dio, ac obsequio, quo quisque illorum er-  
 ga suum regem afficitur. Quidnam de mi-  
 litari disciplina, qua Turcae tot seculis res  
 suas administrarunt, easq; in dies tam pro-  
 sperè, tamque feliciter administrant? Res  
 plane maximo stupore digna, nec id absq;  
 summo dedecore, ac detimento corrupte,  
 ac inordinatae militiae Christiani nomi-  
 nis, unquam enarrari posset. Ut uero sum-  
 matim dicam, in illis est summa celeritas in  
 agendo, in periculis constantia, obseruan-  
 tia imperij, adeo ut uel minima delicta sæ-  
 pe capite vindicentur. Profunda, & uertico-  
 sa tranant flumina, abruptos superat mo-  
 tes, non uitæ, sed imperij memores, perui-  
 gili, ac inediæ tolerantissimi, nulla ibi se-  
 ditio, nullus tumultus, fremitu, nō clamor,  
 re utuntur in prælio, & noctu apud eos  
 pertinacissimum silentium. Hoc itaq; ge-  
 nus hominū prorsus inuictum censi poti-  
 test, nisi aut lue, aut peste aliqua teterrima,  
 uel domestica discordia uincatur. Nolo au-  
 tem silentio preterire, quod quidam nobis

Iis ex hungarica natione, missus à Cæsare  
Byzantium, dum hostilis acies in Panno-  
niam progrederetur, in reditu Eccio à Sal-

*Quidam pan-  
nonicus qua-  
tuor miracu-  
la se in casulis  
Turcarum ui-  
differculit.*

ma retulisse dicitur. Hic enim in eorum  
castra, & munitiones admissus, quatuor  
miracula se ibi uidisse, lac obseruasse nar-  
avit. Primum, aiebat esse ingentes copias, &  
penè innumerabiles. Alterum, quod in ta-  
to militum numero, & frequētia, ne unam

quidem mulierem conspexerit. Tertium,  
quod apud eos, ne minima quidem uini-  
mentio siebat. Postremum, quod uesperi  
omnes, ac singuli, alta uoce exclamabant,  
*ALLA*, quod sanè illorum lingua Deum si-  
gnificat, & deinde in toto agmine tam in-  
gens erat ubiq̄ silentium, ut etiam in ten-  
torijs, nemo, nisi admodum submissa uoce,  
loqueretur. Hęc ipse dum accuratè, ac dili-  
genter expenderet, secum tacitus aiebat,  
fieri non posse, ut nisi Deus immensa sua  
bonitate nobis adesseret, Turcarū potentia,  
tanta disciplina, tamq̄ militari ordine di-  
micatiū, ulla unquam ratione Principes

*Quid Hossu-  
totus in itine-  
re obseruarit.*

Christianī resisterent. Hossutotus etiam,  
quem paulò supra diximus, fuisse legatum  
Constatino polim, referebat, in toto itine-  
re, per quod transferant copiæ Turcarum,  
cum in ea expeditione, quā, uersus Panno-  
niam habuere, tum quoq̄ in eorum reditu  
Byzan-

Byzantium uersus, nullum se ædificiū uidisse, nedum oppidū, ab eis igne incensum, uel ab indigenis derelictum. Cōtrā uero, in his locis Hungariæ, per quos Cæsariani transferūt, uel integrōs pagos, atq; oppida direpta, flammisq; absumpta, omniacq; in mira quadam solitudine sibi esse conspecta, idq; ob militarem nostrorum sequitiam. Et sanè plurimos eorum, qui ad hoc bellū profecti sunt, palam dicere non puduit, se duntaxat illuc uenisse, ut iniurias sibi illatas ab hominibus illius gentis, tempore belli germanici, ulciscerentur. Idem præterea narrauit, se quacunq; iter faceret, nusquam ullius rei frumentarię penuriam uidisse, nec non in graues pænas, ac etiam in manifestū capitis periculū incurrisse, qui cunctq; aliqd emisset, deinde uenditorē pretio, de quo inter utrūq; cōuenerat, de fraudasse. Hæc in præsentia recensere uolui, ut omnib. constet, quidnā inter nostrā, & Turcicā rei belliçā disciplinā intersit, ac etiā ut Christiani Principes non temere tantū hostem ad arma prouocet, & si prius ab eo lassissi fuerint, (qd' sanè, ut plurimū fieri uidem) ipsi, omni odio, & simultate deposita, seipso tandem suasq; uires ad eā societatem, & fœdus adiungant, quorū scelici auspicio factū est, ut Selyma classis, q; nos antea

sic atrociter uexârat, postremò suæ impie-  
tatis graues poenias persoluerit, adeo, ut iā  
de ipsa nihil fermè aliud, præter nomen, re-  
mansisse videatur. Non nulli censem, haud  
magno detrimento Christianam Rempu-  
blicam hoc postremo bello affectam esse.  
Cæterum, peritiores multò aliter iudicant.  
Nec enim dubium est, quin prorsus id lo-  
gè grauissimum extiterit. Nam præterin-  
teritum tot ueteranorum militum, centu-  
rionum, & uirorum illustrium, qui precla-  
ram, atq; mirificam in uarijs certaminibus  
operam Cæsari nauârant, præter amissio-  
nem Sigethi, ac Iulæ, quæ arces maximi  
omnino momenti extiterat, & ueluti duo  
munitissima propugnacula, unde Turcis  
transitus in Noricum, Germaniam, alias quod  
provincias Europe impediebatur, illorum  
ditio in Pannonia fermè ad centum & se-  
ptuaginta millia passuum propagata est,  
eisq; modo usq; ad urbem Sempronium,  
(Oedemburgum uocant) & inde, usque ad  
Posonijs mænia liber aditus patet. Omitto  
nunc ædificia, pagos, atque oppida, igne  
incæsa, & solo equata. Prætero innumeros  
utriusque sexus mortales, partim ferro, ua-  
rijsq; suppliciorum generibus interēptos  
partim etiam in horribilem, & deploran-  
dam seruitutem abductos. Quod ad Sige-  
thum

thum attinet, hæc uox Insulam Hungaricam  
 at Germanis uictoriā significat, & reuestra,  
 cum loco isto stetit, ac cecidit uictoria  
 earum reliquiarum, quæ adhuc miseræ  
 Pannoniae supererant. In ipso quidem  
 oppido, certum est, maximam fuisse rerum  
 omnium copiam, quæ ad diutinam op-  
 pugnationem requirebantur. Adhæc, ibi  
 erant innumera cuiusvis generis tormenta,  
 & murales machinæ, quibus hostes à  
 inænibus arceri possent. Cæterum, hæc  
 omnia in urbibus, & munitionibus tueris,  
 parum, & nihil potius efficient, si pro-  
 pugnatore destituantur. Suprà recensui-  
 mus, militare præsidium, quod Sigethi col-  
 locabatur, duobus duntaxat millibus ui-  
 torum, uel paulò amplius, constasse. At  
 certè multò maiori præsidio indigebat, ea-  
 que de re oppidi præfetus, & qui summæ  
 rei præerant, & ipsum quoque Cæsarem,  
 per sepe admonuit. At sinistro fato euenit,  
 ut auxilia disterreretur. Hi sanè, qui aderant  
 bellatores, fuerunt maximè strenui, & ho-  
 norem, sicuti eorum dux inclytus, & omni-  
 suo celebrandus, uita longè potiore in iu-  
 dicantes, inuicto animi robore dimicar-  
 runt, fideiç; ac uirtutis constantiam usque  
 ad supremum uitæ exitum, cum summa  
 hominis laude retinuerunt. At quia mili-  
 tes,

tes ibi deerant, qui laassis & laborantis,  
integri ac recentes succurrerent, quicq;  
in occisorum, aut eorum, qui vulnerabam-  
tur, locum succederent, hostium numero.  
& multitudine deuicti sunt, ideoque tan-  
dem oppidum una cum eorū cœde amis-  
sum. H̄c ergo cuius manifestum est, fru-  
stra erigi arcēs, & propugnacula, nisi ea pri-  
us optimo, & ualidissimo præsidio muni-  
antur. Quamuis autem singula his opus  
habeant, ea tamen in primis communis  
ōportet, que in limitibus posita, hostilibus  
insidijs magis obnoxia uidetur. His enim,  
nisi opportunè consulatur, persæpe uel in-  
tegrum regnum, sicut maximē floreat, in  
summum discrimē adducetur. Huius qui-  
dem rei plurima omnino exempla sunt,  
quibus id confirmari posset. Verū, Gal-  
lorum clades, illata per Hispanum ad Sa-  
marobrinam (hodie Sāquintinum) Quar-  
to Id. August. & anno M.D.LVII satis pro-  
exemplo sufficiat. Nec enim aliunde initium  
habuit, nisi quia is locus ad totius Gallici  
regni inuasionem ex parte belgica mirificè  
opportunus, conimeatu, ac reliquis præsi-  
dijs carebat, & propterea dum ei difficul-  
tati obuiam itum est, illico ab hoste circu-  
uenti sunt, & insigni, ac memorabili strage  
affecti. Hoc sane si antea maturè ab eis co-  
gitatum

gitatum esset, nunquam profecto in eam calamitatem incidissent. Prudenter itaque ab his agitur, qui, pacis tempore, de bello, & bellum tempore, de pace, (si ea honestis conditionibus haberi queat) prouidè, ac sedulè meditatur, quodquæ olim Scipio, exercitus Imperatori, turpe, ac ignominiosum censuit, ut diceret. *N O N P V T A R A M;* idem quoq; sibi maximè indecorum existimat. Nam, et si omnis error per se gravis est, qui tamen in bello committitur, longè grauiissimus censendus, cum in nulla ratione à mortalibus corrigi, ac emendari possit.

FINIS BELLI PANNONICI.

P B T R I

PETRI BI-  
ZARI LIBER, IN QVO  
PARTIM BELGARVM  
MOTVS, EXORTI ANNO LXVI.  
torumq; causa enarratur, partim etiam pleraque alia,  
que paulo ante id tempus, usque ad LXX.  
annum, & amplius, in Europa con-  
tigerunt.



Ictum est in superiori  
libro, Selymum, qui-  
busdam causis addu-  
ctum, cum Cæsare Ma-  
ximiliano inducias in-  
iisse. Quæcunq; autem  
illæ fuerint, hæc sane  
haud postrema omnino iudicada est, ui-  
delicet cogitatio de futuro bello, uel Me-  
litensi, uel aliquo alio, cuius prosperum,  
ac fœlicem exitum sperabat. De Me-  
litensi quidem, initio, & Selymii, & pur-  
purati, diu, multumq; cogitant. Etsi  
enim Byzantini milites in ea obsidione se  
admodū fortiter, ac strenuè gesserunt, nec  
eis unquā animus, uel industria defuit, &  
propterea ui, multisq; acerrimis oppugna-  
tionibus,

tionibus, munitissimam arcem sancti Ermetis expugnarunt, murosq; arcis sancti Michaëlis, & plurima loca illius insulæ, q; miserrimè uastarunt, magnaq; clade insulares affecerunt, persuasum tamē habebat, hanc notā, & labē nullo modo ab eis deletri posse, q; ut illuc denuo redirent, cū ingenti classe, maioricq; apparatu cōmeatus, p̄fidiij, & reliquarū terum, quæ tanti belli usus requireret. Nec enim opus est (inquiūt) nos eo proficisci cum aliqua spe noui auxiliij, sed cum tanta manu fortissimorum militum, & numero tormentorū, tataq; copia cūtuscuncq; bellici apparatus, ut nō cogas mut amplius terere tempus circa illas arces expugnandas expectatione, ac mora nouarum suppetiarum, unde quidem sit, ut uel aduersa maris tempestate, uel inimicæ classis obstaculo, spe nostra delusi, multa incommoda patiamur. Hæc porro est causa, cur ipsi suum Cæsarem, ut cum nosiro, pacem, uel saltem inducias iniret, sedulo, ac sæpius hortabantur. Ex hoc enim duo, quæ maximè optabait, se breui consequuturos sperabant, quorum primū erat reintegratio belli Melitensis, tantope-  
rè ab eis expediti, alterum erat sibi nostrum Imperatorem huiusmodi pacis conditionibus deuincire, ut neq; Melitensisbus,

MM necq;

neçp cæteris Principibus, contra quos bellum gereretur, opitulari posset. Quoniam autem historia belli Melitenfis, cum a Hieronymo comite Alexandrino, tum Cælio secundo Curione, non minus uerè, quā ornate, ac eleganter latio sermone descripta est, qui eam fusius noscerē cupiunt, ab illis authoribus petant. Hic tantum addam epistolam Ioannis Valetæ, Melensis militis Principis, equitūq; magistri, ad Georgium de Hohenbeim, quæ summatim, ac breuissimè recenset, quicquid in eo bello gestum sit. Ea uero est huiusmodi.

Sultanus Solymanus, Christiani nominis, & præsertim Ordinis nostri acerrimus hostis, non cōtentus, nos clarissima insula Rhodo, arceq; Tripolitana, fortunisq; penè omnibus iã expoliasse: nō aliud cogitās, nisi qua ratione nos ante alios penitus derere, atq; extinguerre posset, classem instruētissimā, & numerosissimā aduersus nos parari iussit, que Byzantio, XI. Cal. Aprilis soluens, X V. Calend. Iunij Melitā appulsa est. Cōstabat ea classis ex triremibus, biremis, alijsq; nauigjs, fermè ducētis qn quaginta. Hostiū numerus pugnatorum, ueritatí prior, fuit plus, minusue, quadraginta millium. Præfectus exercitusterristris, Mustapha Bassa: classis uero, Pyali Bassa,

Bassa, qui paucis diebus transactis, in exonerandis in littus coimeatibus, & speculandis locis, figendis tenzorij, alijsq; (ut fieri solet) ordinandis, arcem sancti Elmi, quæ in fauibus portu sita est magno impetu, maximaq; tormentorum ui in primis oppugnare cœperunt. Idq; cum plus dies labore non intermisso, fecissent, ac magnam murorum partem aperuissent, omniq; missilium telotum genere impugnassent, virtute tamen, & industria nostrorum equitum, aliorumque militum, triginta quinque dies propugnata, & protecta est, magna cum clade, & cæde hostiū: licet arx ipsa, iudicio multorum, ad paucos dies contra tantā uim defendi posse uidetur. Tandem V III. Cal. Iulij, cū nostri multitudinē, & impetum inimicorū sustinere non possent, terra, marisq; circundata, ac interclusa, omniq; auxilio destituta, paucis nostris, q; supererat, trucidatis, a Turcis arx ipsa capta est. Qua uictoria elati, atq; & opidū S. Michaëlis, & hāc nouā cinitatē, præsertim ad pugnaculū Castellæ, & Lulitanix, oppugnare incooperūt: pluribusq; locis magna diligētia, maioriq; machinarū & tormentorū bellicorū impetu, & numero, more suo, mœnia quatere, atq; deinceps, agressi sunt. Q; oppugnationē horredā, & stu-

MM 2 pendam

pendam effecerūt in primis. Turcarū exercitus terra, mariq; apprimē tremendi: mox ingentia, nulib; locorū tā horrendē molis, furibundisq; impetus tormenta, globos ferreos, saxeosq; quinq; septēq; palmorū rotūditatis, interdiu, noctuq; iacentia, qui bus non crassissima mœnia dirui, sed etiā mōtes subuerti possent: quorū uī mœnia ipsa plurimis in locis adeo corruerūt, ut facile plāno pede ascēdi posset: qua cū Barbāri ipsi sepius magno impetu, & clamore ingredi tentassent, toties magna cum strage, & ignominia, permultis eorum occisis, ac uulneratis, repulsi, & reiecti sunt. Præfecti autem, tam maris, quam terræ, postquam tot locis, omnibus copijs obsidione, oppugnationēq; fermē quadrimestri, summa ui frustrā oppugnassent, & maiore partem suorum ueteranorum militum amississent, hyeme præsertim iam instantē, qua omnia bella iure gentium conquiescere debēt, nihil aliud, præter recessum, seu potius fugā meditati sunt. quā maturare coēgit aduentus Garziæ à Toledo Siciliæ Prorégis, ac præfecti classis regis Hispaniarum, cū subfido, & auxilio decē milliūm militū, & selectorū uirorum, inter quos erant ad minus ducenti, & quatuordecim equites nostri, ac plures alij nobiles, ac generosi uiri: qui sola

sola Christiana pietate commotis, uoluntariis ex diuersis mundi partibus concurrerunt, opem, & auxilium nobis allaturi. Habet summatum, & paucis, progressum, & fugā classis Turcicæ, uictoriāq; de ea diuinitus à nobis obtentam. Tuū erit considerare, & coniūcere, quo in statu Ordo, ac Insula hæc in præsentiarum sit, ac reperiatur: in quam paupertatem redacti simus, quantis rebus indigeamus: quibus, nisi opere, & auxilio fratrum nostrorum, præsertim tui similiū, ut speramus, & credimus, adiuuemur, actum erit de rebus nostris. Bene uale: Melitæ VII. Idus Oct. M. D L X V. Hæc ille. Valerianus interim, ubi se hostili obſidione liberatum uidit, classemq; Turcicam Bizantium uersus contendere, nullum totius hyemis tempus intermisit, quin semp de futuro bello cogitaret. Quia uero arces, & loca diruta instaurari oportebat, pluri misq; rebus indigebat, quas sibi ad reprimēdos Turcicos conatus necessarias esse intelligebat, misit literas, & nūtios Valerianus ad Pontificem Romanum, Hispanum, ac re- plorat opene quos Principes nominis Christiani, in qui. Principum bus eos adhortabatur, ut cōmunem causam adiuuarent, sibiq; opportuna subsidia Christiano- mitterent, alioqui, relicto militari præſedio in propugnaculis Melitensib. inde cū MM s reliquis

reliquis equitibus, q̄ superant se in Siciliā  
emigraturū, & hac ratione, & sibi, & suæ  
religionis hominibus prospecturum, an-  
tequam denuo Byzantinam oppugnatio-  
nem experiri cogeretur. Pontifex, atq; Hi-  
spanus, audita legatione, statim decreuerūt  
illi auxiliū ferre. Itaq; prior curauit, in pro-  
ptu haberī tria millia peditum armatorū,  
duce Prospero Columna, misicq; interim  
ad Melitensium præfectum aliquam sum-  
mam pecunie numeratę: Alter, & pecunia  
illum adiuuit, & Hannibali Altempsi man-  
dauit, ut eundē numerū peditatus in Ger-  
mania conscribendum curaret. Lusitanus  
etiam fertur ad quadraginta millia aureo-  
rum in subsidium illius religionis impen-  
disse. His itaq; administrulis adavctus, cū ar-  
ces, tum alia loca hostilib. tormētis euerſa,  
ut iterum instaurarētur, omni ope allabo-  
rabat. Ceterū, ubi auditū est, ac etiam pro-  
certō cognitū, classem Ottomanā ineunte  
estate nō redditurā, dimissi sunt collecti mi-  
litēs, maiusq; studiū, & diligentia est adhi-  
bita in propugnaculis, totaq; insula instau-  
randa, & muniēda, potissimū ea parte, que  
hosti opportunit̄ esse, quæq; facilius capi  
posse, ex præteritis periculis ui debatur. Su-  
prā demonstratū est, classem Turcicā, reli-  
cta Melitensi obsidione, uersus Byzātium  
reces

recessisse. Hęc igitur, tametsi anteā semper soleret in itinere, priusq; illuc appelleret, transire per insulam Chiū, Byzantini tamē tūc alid diuerterunt, neq; illac trāsire uoluere, quia sciebāt suū Imperatorē, contra incolas illius loci maxime indignatū, eam præsertim ob causam, quod toto eo tempore, quo durauit Melitensis obsidio, præfectus illius insulę, ac cæteri equites, ex illorū lites, ac nuntijs, ea omnia, quae apud eos gerabantur, cognoscebāt, deę omnib. rebus certiores siebant. Huic cauſe, quae p se satis esse poterat, due aliæ adiungebātur, quarū prima pertinebat ad Solymanū, altera uero in primis ad Mahumetū purpuratū, deinde ad omnes alios, quibus erat aliquod mancipium, uel captiuus in urbe. Cæterū, ut hæc omnia melius intelligentur, breuius ter hisc sciendum est, Chiū insulā sedē re inter Lesbū, & Samum. Ephorus, eā, Ethaliā à prisco nomine appellauit. Metrodorus, & Cleobol,: Chiā à Chione Nympha, alijs nūe ita dictā existimarunt. Centū uigin- Chij insulae  
ti quinq; millium passuum circuitu patet, descriptio.  
 ex aduerso Elythrarum maximē sita, libera olim, posteā fuit sub Ligurū ditione, qui bus eam insulā Andronicus Paleologus, Imperator Byzantius, donārat, propterea, quod eorum ope, atq; armis, in imperium

unde conciderat, restitutus esset. Atqui, cū Mahumetus, Turcarum Imperator, totā ditionem Despotorum Peloponnesi, Trebisondæ, Sinopi, omnesque alias urbes, quas Christiani in ponto possederant, occupasset, ac sub iugum misisset, tandem suā classem in Græciam reduxit anno salutis millesimo triçētesimo sexagesimo primo, quo expugnaret Mitilenem, quæ olim dicta est Lesbos, & nūc propiori uoce Metellinum appellatur, & loca finitima, idcirco paruo negocio confecit. At Chīj, qui multo anteā hominum priuatorum pecunia, insulæ possessionem, ac dominium sibi acquisuerant, in aliquibus rebus Ligurim, cuius urbis erant ciues, tanquam caput agnoscentes, hoc audito, ualde timuerunt, ne Othōmana classis, uictrix, cōtra se contenderet. Idcirco statim nuntios ad Mahumetem miserunt, eique tributi uice, annuum stipendum, quod erat decem milliūm aureorum, promiserunt, seq̄ue posthac sub eius, ac successorum tutela futuros. Hoc pacto pristinam libertatē diu retinuerunt, persoluto quotannis eo stipendio, quod ipsimet ultrō se daturos erant polliciti. At postremo, stipendum duorum annorum dare neglexerant, quod quidē Solymani animum ualde contra eos irritauit. Is quoque

que magis magisque accendebatur à purpuratis, quoniam his consueta munera nō mittebantur. Præterea, uidebent, Chios ad se recipere, ac fouere omnes captiuos, & trans fugas, qui Byzantio claram abierant. Hinc factum est, ut, cum Mahumetes quemdam captiuum haud insimæ conditionis, amississet, certisque enuntijs cognouisset, illum ad eos contugisse, grauitecp conque reretur cum legato illius Insulæ, ac ei, uerbis minacibus dixerit, statim ad suos prescriberet, ut quām primum uel hominem remitterent, uel sibi pecuniam eius loco numerarent: senatus Chius, hac re cognita, euestigio ad suum oratorem pecuniam misit, quæ Mahumeto persolueretur. At ille avaritia motus, ignarusque, quanti referret, talē ac tantū uiuū irritare, transmissam pecuniam in suum usum conuertit. Mahumetes uero cum huiusmodi perfidiam ignoraret, omnemque culpam in Chios transferret, se ab eis proflus contemni existimans, iurauit, se daturum operam, ut eos facti pæniteret, ideoque Solymanum, qui iam homines illius insulæ, ob prædictas causas, odisse incæperat, in eos maximo perè incitauit. Dat itaque negotium Piali Bassæ, ut quamprimum classe parata insulam inuadat, eamque uel arte, uel ui, ex-

M m . s pugner,

pugnet, omniꝝ libertate exutam, totam  
 in suae familiæ ditione, ac potestatem redi-  
 gat. Is protinus dicto audiens, omnibusq;  
 rebus, q;ad hoc pertinebat, q; celerrimè con-  
 stitutis, cū classe, q; erat so. triremiū, ad insu-  
**Chios insula** la Chiū appulit, anno, supra M.D.LXVI. &  
 occupatur a XVIII. Cal Maij, q; quidē à Christianis ho-  
**classe Turcica** minibus festū paschatis celebrari solet. Cū  
 igitur classem, quō statuerat, in columnē per  
 duxisset, constituit in quodā loco, quē ipſi  
 Passagium appellant (is aut̄ est Ioniꝝ uicus  
 in continenti, ē regione Chij, quō ex tota  
 ferē Asia merces comportabantur ea tem-  
 pestate, qua Chium, ueluti commune em-  
 porium, Itali negotiatores frequentabāt)  
 ibiꝝ totum diem commoratus est. Insu-  
 le primores, classe conspecta, illīcō (utī an-  
 tea solebant) duos præcipuae authoritatis  
 uiros ad Turcarum præfectum misere cū  
 commeatu, eiꝝ portum pro suis nauigijſ,  
 & quicquid opportunum foret, benignè,  
 achumaniter obtulerūt. Eos Pial tū comi-  
 ter exceptit, deinde dixit, quoniam eos dies  
 à Christianis reuerenter coli & obſeruari  
 audiuerat, se nolle ipsorum ritus, & sacra  
 ullo modo impedire. Cæterum, si citra co-  
 rum incommodum fieri posset, proximo  
 die ipsemē cum uiginti nauib. rostratis ad  
 eos accederet. Postridie eius diei, albenie  
 coe-

coelo, uniuersam classem nautis, epibatisq; optimē communitam, iuxta insulā disponi, ac exemplō in trib. locis portum occuri iussit, quandoquidem unus, haudquam totius naualis apparatus capax erat. Hic postea descensionē faciens, dixit, se aliquantulum per hortos ibi uicinos expatiari uelle, statimq; ad illum uenere quidā ex prēcipuis, qui & suo, & reliquorum nomine, omnia humanitatis, atq; officij studia offerret. Is aut̄ interea, equitauit in collūlū, qui erat prope castrum, secumq; habuit nonnullos ex proceribus, moxq; ad suā triremē reuersus est, & missō nūtio, urbis prēsidē, ac etiā duodecim primarios uiros, quorū authoritate, atq; cōsilio ea insula regebatur orauit, ut ad se paulisper uenirent. Sibi enim, ex sui Cæsarīs mādato, cōferenda esse cū illis quædā negotia nō exigui momēti, priusquā classem in Apuliam deduceret. Hoc illi, simulatq; audiuere, sibi ualde metuere coeperūt, ac extremas misericordias præfigire. Igītur, quāprīmū disputatū est in Senatu, quid fieri oporterer, postq; diuersas multorū sententias, tandem ē cōmuni cōsilio ad eū accedere statuerūt, ne ira percitus, armisq; potētior, totā insulā ferro, & signe inuaderet. Ad ipsum itaq; haud sine magno metu, & animi cōsternatione itū est.

Is

Is autem prima facie uisus est ueniētes hilari uultu excipere, moxque, ut ingressos uidit singulos capi, & compedibus alligari iussit, deinde prætorianos, & reliquos milites, in terram exponi. Hi autem recta in prætorium pergentes, illud, quam facile occuparunt, cum nemo eis restiteret, & oppidi uexillo, in quo erat insigne diui Georgij cū rubra cruce, sublato, Turcium erexere idemque factum est per universam Insulā ingenti cum eorum applausu, & laetitia, citraque illius hominis clamorem. Deprædati sunt primarium templū, quod D. Petri memoriæ sacrabatur, in quo quidem, cum unus eorum acciperet in manib[us] paruulum tabernaculum, ubi erat hostia, presulem illius templi rogauit, num h[ec] esset ip[s]ius Deus. Cum autem respondisset, illa esse suæ fidei mysteria, protinus in terram proiec[t]it. At is genibus flexis ea colligens, me pr[er]lus inquit, oro interfice, quam ut haec mysteria sic tractari uideam. Tunc ille statim acquieuisse dicitur. Diruerunt etiam alia delubra, eaque suo ritu consecrarunt His peractis, Turcarum dux è tricemi cum reliquis primatibus descendens, in urbem uenit, ac edicto cauit, ne ullus indigena ex insula tum discederet, breviisque post, omnibus commorandi, uel

vel recedendi facultas concessa est. Po- <sup>Senatores</sup>  
 strem urbis præfectum, ac reliquos, qui C <sup>ij cū ex</sup>  
 erant ex ordine senatorio, cum uniuersa <sup>familias</sup> <sup>m</sup>  
 eorum familia super quinque nauigij <sup>im-</sup> <sup>tur Bozzenus.</sup>  
 positos, Byzantium transmisit. Hoc itaq;  
 dolo, & stratagemate usus, brevissimo te-  
 poris momento, & sine ulla cede, totam  
 insulam Othomannico Imperio adiun-  
 xit, ibique sat firmo præsidio relictó, ma-  
 gistratu constituto, eaqué forma legum, &  
 politici regiminis præfixa, quæ sibi tum  
 opportunitior uisa est, inde soluit, rectaque  
 cum suis Iapygiam uersus contendit. Ut  
 primum ed peruentum est, illico præda-  
 bundi multorum agros, uicos ac ædificia  
 incenderunt, easqué oras plurimis rapi-  
 nis, & populationibus diuexarunt, (quodq;  
 omniū calamitosissimum est) multos mor-  
 tales ultriusque generis, ac sexus, captiuos  
 secum abduxere. Hispanus, quoniam hoc  
 facile suspicabatur, ne quid incommodi ea  
 regio patretur, militaria præsidia illuc mi-  
 serat, ut arces, atque oppida tutiora essent  
 ab armis hostilibus. At Pialis celeritas no-  
 strorum diligentiam præuenit. Dum hæc  
 fierent, Hispanorum Rex non modo pro-  
 curabat, ut Salentini, Samnites, Brutii, &  
 qui Dauniam, & uniuersam oram Tyre-  
 theni maris incolunt, à Turcarum inua-  
 sionibus

Turcarum ex-  
 cursiones per  
 ora: mar i-  
 mas Ned, ois

**Disidia exor-  
ta inter An-  
glos & Bel-  
gas.**

sionibus defenderetur: sed etiam simul o-  
mnem operā adhibebat, ne Belgæ, atq; An-  
gli,rupto foedere, ueterisq; amicitia direm-  
pta, inter se prælijs dimicarent. Cum enim  
causa quarundā mercium, graues quedam  
dissensiones inter utrosque incidissent, hæ  
postea tā latè creuerunt, ut, et si utracq; gens  
diu inter se mutuā pacē, & benevolentiam  
coluerat, multaç; omnigena cōmercia ul-  
tro citroç; iamdudū inter se habuerat, ni-  
hi lominus tamen uerendū erat, ne his om-  
nino sublatis, grauissimū bellū exoriretur,  
quod quidē nō sine maximo utriusq; par-  
tis detrimento, ac pernicie fieri potuisset. Cū  
itaç; Hispanus, atq; Angliæ Regina, uide-  
rent, ex huiusmodi simultatibus, maxima  
utrisq; populis incōmoda, & calamitates  
brīturas, pro uirili studebant efficere, ut alii  
qua ratione cōponerentur. Ambo igitur  
quosdā ex suis procerib. elegerūt, qui Bru-  
gis cōuenirēt, ubi causa cognita, & utriusq;  
partis rationib. diligenter expensis, modū  
aliquē inuenirent, quōtandē omnis cōtro-  
trouersia quietē ac pacifice dītineretur.  
Huicrei pro parte Belgica, profectus est  
Aegmondanus Princeps, & pro Anglica,  
Sussexiæ regulus: At cū prior in Hispaniā  
accerseretur, in eius locū suffectus est Flory  
Memorantius frater Fiorni Ammiralis, &  
cum

cū eo Christophorus Bassoleuilla, qui regt  
a consilijs adhibebatur. Ex Britannia uero  
missus est Antonius Brunus Vicecomes  
Mōtegu, & Gualter, Abdonus. Colloquiū  
ceptū est haberi Mense Martij, in quo qui  
dē, tāta uerborū, animorumq; cōtentione,  
utrīq; disceptatū est, ut omnis spes cōpo-  
nēdarum rerū sublata esse uideretur. Inter-  
missa sunt negotia, desij r̄q; omne genus cō  
mercij, qd̄ tādiu inter utrāq; nationē inter-  
cesserat, & singuli negotiatorēs suas merces  
ac fortunas, in suā patriā deferebāt, cū pre-  
sertim ab eo tēpore, usq; in Autumnū, ní-  
hil aliud prorsus ageretur, præter acres, ac  
inanis cōtentiones, quę causam lōgē dete-  
riorē efficiebāt. Sed tādē cū uiderēt, quāto  
utriq; nationi detrimēto ea res foret, quā-  
taq; inuas malorum inde secutura esset, nisi  
maturē aliqua remēdia inuenitētur, cā cau-  
sam paulo mitius, atq; amabilius tractare,  
incœperunt, & procuratū est ut mercato-  
res ad sua munia redirēt, atq; interim utraq;  
pars suū Principē de his reb. quę fierēt, ac-  
curatissimē admonebat, quidq; fieri opor-  
ret, nō obseure indicabat. Tū Hispanus ad  
didit priorib. Ioachimū Gilles, unū ex suis  
cōsiliarijs, & aduocatū Fiscalē in Brabāria,  
& Angliæ Regina Nicolaum Uttonū, qui  
sibi erat a consilijs, & uirum singularis do-  
ctrinæ ac prudentiæ. Redintegrato igitur

*Anglorum cū colloquio, multisq; rationibus ultro  
Belgis contro troq; in medium adductis, tandem omnis  
nervia dirimū controuerſia dirempta est, prioraq; ne-  
gocia, non sine ingenti utriusque nationis  
emolumento, ac beneficio resumpta. Dici  
autem non potest, quām uterque horum,  
suis regnis, ac prouincijs probè consule-  
bat, ut omni diligentia, & studio has lites,  
& contentiones auferrentur. Et si uero Brit-  
annicæ nationis hoc ualde intererat, mul-  
tē magis tamē Hispaniarum regis, cum  
ea potissimum tempestate, in toto Belgio  
graues bellorum causæ, ac interna, & ciuilia  
dissidia oriri inciperent, adeo ut ea nō sine  
maxima multorū strage, magnocq; omniū  
earum regionum excidio sedari posse ui-  
derentur.*

*Motus in Bel-  
gio, & quæ  
illorū causæ.  
Quomodo  
inferior Ger-  
mania in re-  
gis Philippi  
ditionem ue-  
terint.*

Harum autem dissentionum caū-  
sam etiarrare cupienti, operæ pretium erit  
ostenidere, quonam pacto hæc omnis Ger-  
maniæ pars, quam inferiore uocant, pri-  
mum in ditionem Austranam, deinde tem-  
poris progressu, tanquam permanus, in  
regis Philippi dominium, ac potestatem  
deuenerit. Vbi autem hæc recensuero, di-  
cam nonnulla de antiquis legibus, & statu-  
tis, quibus ea gubernari consueuit, atque  
hinc facilè constabit, quæ nam tantorum  
motuum causa, & origo extiterit. Princi-  
pes Austræ familie sic prorsus creuere, ut  
quos

quos status, & ditione iunctim posside-  
bant, eas postea seorsim, quo singuli suam  
portionem haberet, disiungere, ac diuide-  
re cogerentur. Tandem Federicus huius  
nominis III. Imperator, fratribus, & La-  
dislao rege Pannoniæ, decedentibus, fer-  
mè omnes in unum corpus rededit. Huic  
Maximilianus, unicus eius filius, in prin-  
cipatu succedens, non modo ditiones hæ-  
reditariæ habuit, ob successionem, & mor-  
tem Sigismundi, qui erat regulus Tiroli,  
sed etiam illis multas alias celebres, atq; o-  
pulentas adiecit. Mariam enim, Caroli du-  
cis Burgundiæ filiam, unicam, & heredem,  
in matrimonium accepit, ob quam hære-  
ditario iuse Burgundiam, Brabatiæ, Bel-  
giūm, Selandam, Holandam, Lucembur-  
gum Leucorum olim urbem, Frisiām, &  
reliquas Belgicas prouincias adeptus est.  
Maius deinde incrementum, atq; accessio  
facta est sub Philippo Maximiliani filio,  
qui duxit in uxorem Ioannam, tertiam fi-  
liam Ferdinandi regis Tarragonensis, ac  
Isabellæ reginæ Castiliæ. Huius enim hæ-  
reditate consecutus est regna Hispaniarū,  
regnum Neapolis, Siciliā, & Indias oriен-  
tales. Cum autem Carolus, & Ferdinandus,  
mortuo Philippo, inter se patrimoniu-  
m diuiderent, Carolo, utpote primogenito,

NN obti-

obtigerūt omnia regna habita ex utriusq[ue] parētis h[er]editate, & inter h[ec], fuit Burgūdia una cū Belgio, ac reliquis finitimiis prouincijs. Is posteā creatus Cæsar, huic regioni cum Imperio præfecit Margaritam Austriacam, suam materterā, quæ aliquot annos ibi præfuit. Cūm uero h[ec] obiūsset, in eius locum suscepta est Maria regina Pannoniæ, Caroli soror, idq[ue] accidit anno Salutis M. D. XXXI. & præfuit ab eo tempore, usque ad annum L V. in quo ipse omnia regna, quæ sibi ex h[er]editate contigerant, regi Philippo suo filio gubernanda reliquit. Is autem, priusq[ue] in Hispaniam abiit, his prouincijs præfecit Emanuēl Philibertū, Allobrogum Principe, suumq[ue] consobrinum, cuius arbitrio, & ntu omnis administratio penderet. Cæterū, cūm inter Gallum regē, & Hispanum, iam tandem conueniret, paxq[ue] inita esset anno à partu Virginis L I X. Sabaudus in suam ditionem restitutus est, ac proptereā uitro se illo munere abdicauit, ut auiti, paterniq[ue] dominij possessionem acciperet. Hoc igit[ur] abeunte, in eius locū substituta est Margarita Austria, Philippī soror, & uxor Octauij Farnesij, Parmæ, atq[ue] Plaeentia Principis, quæ ibi præfuit usque ad annum sexagesimum septimum, sicut inferius ostende-

estendetur. Quicunque h̄c præficitur gubernator, in omnibus illis prouincijs regiam personam refert, habetq; sua comitia, seu conuentus, ex statu priuato, vel publico, unā cum regijs prouinciarum consiliarijs, quibus cum, decernit, & deliberat, prout negotiorū ratio exposcit. H̄i tamen statutis, atque urbes subditæ, habent sua peculiaria, & antiqua priuilegia, contra quæ reges, ac Principes eorum locorum, nihil possunt agere, ac statuere citra eorum officia sensam. Simulac enim rex illorum statuta, ritus, & priuilegia commutat, diuersum quæ præcipit, ipsi è uestigio sese ab omni diplomate liberos, atque absolutos iudicant. Cæterum, hæc eorum statuta, leges, ac uiuēdi consuetudinem uisus est Hispanus commutare uoluisse anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto, cū illis, eisdem ritus, eademq; statuta (quod ad fidei rationem spectat) obseruanda proponebat, quæ olim a Ferdinando Hispaniarum rege sancta fuerant, quæq; nunc in Hispanijs, quam seuerissime obseruantur. At reguli, & populi earum regionum, cū ea uideret maximè oblistere veteri libertati, ac his priuilegijs, in quibus eorum maiores tamdiu uixerant, quæq; ipismet ab eis, tanquam per manus

NN 2 acce-

acceperunt, nullo modo aliam uiuendirā nem, aliasq; leges admittenda censuerūt. Proinde maxima pars Belgicæ nobilitatis in unum coacta quid'nām super his agendum foret, priuatim, ac publicè consulta bat, & tandem ex communī consensu ab eis decretum est, ut supplicatorijs literis, ac demissis precibus ab Hispano impe trarent, ne circa hoc negocium quicquam ulterius ageretur. Itaq; tertio Non. Aprilis huiusm̄ rei causa uenēre Bruxellas Hen ricus Brederodus, Ludouicus Nassouius, Vandebergus, & Colemburgus, tini ex celebri, ac illustri prosapia, unā cum cīciter quingentis nobilibus, & gēnerosis, qui tunc aderant, sed cū chirographo, in quo erant nomina plusq; duorum milliū. Cūm regiam domum ingrederentur, uisi sunt ex quadā fenestra à quodā cōsiliario diuer sā omnino sentētiæ, isq; ad aliū, qui iuxta se aderat, cōuersus, Belgico sermone ita locutus dicitur: En, adsunt mei Geusij. Hoc autē nomen abiectissimum est, plenumq; ignominia. & ibi puerbio diuulgatum est, 24 nebulones unū Geusitū efficere. Hoc ipsi auditō, cū risu p̄tergressi sunt, nullūq; aliud signū edidēre, atq; hinc factum est, ut quemadmodū in Gallia hoc tēpore Hugo noti, sic & ipsi in posterū apud Belgas hoc nomine

nōmine appellarentur. Audiuerunt præterea, quendam ex proceribus dixisse, uelle se Principes earum regionum eō miseria rum, ac inopiæ redigere, ut cum manricis collo annexis, atq; instar mendicorum, panem hostiatim petere cogerentur, idcirco munisma sibi excudi fecerunt, quod quidē unā ex parte regiam effigiem haberet *cum* huiusmodi uerbis Gallico sermone conscriptis: IN OMNIBVS FIDELES REGL, exq; altera parte, manticas, quas fides gemina sustineret, cum hac uoce eiusdem idiomaticis: VSQVE AD MANTICAS FERENDAS. Hoc numisima, ut maius inopiæ argumentū præ se ferrent, ex plumbo excudi uoluerunt, licet etiam nonnulli ex auro, atq; argento excusum, atq; ornatum circumferrent, & singuli, suis collis annexerāt, ut circa pectus prominenter, innuentes, quod si quādo ullum tempus accidisset, in quo ipsi manticas ferre cogerentur, nullum quantum humillimum servitū onus, pro suo rege abnuerent. Non multo post, quædam sibi uestimenta induerunt colore subceruleo, etq; reguli, ac proceres, aureis simbris, uel serico adornabant, utque solent peregrini qui eunt Hierosolymā, uel Compostellā, suis pileis conchas marinas annexere, ita ipsi, ut abiectiores

NN 3 uide

uiderentur, & personam Geusiam magis  
 ad uitium exprimeret, quasdam ligneras ol-  
 las suis galeris adaptarant. Hinc factum  
 est, ut, cum paucis post diebus, in Holan-  
 da caperetur quidam pescis rotus aspersus  
 notis, & maculis, quae illis ollis quam ma-  
 xime assimilabatur, fermè omnes diceret,  
 eum diuinitus missum, ut uel huius rei te-  
 stimonio ipsorum causam iustam esse co-  
 gnosceretur. Itaq; cum Braderodus una cū  
 reliquo nobilitum comitatu Bruxellas ue-  
 nisset, supplicem Principi Parmensi, libel-  
 lum obtulit, ac in eo, cōmuni omniū nomi-  
 ne, cōmemorata fide, ac studio, quo semper  
 suū regē haec tenus prosecuti fuerant, in cu-  
 tus quidem obsequium, & nominis digni-  
 tate, quo uis tēpore, & fortunas, & uitā ipſā  
 pfundere parati erāt, illū demississimē ora-  
 bant, ut Hispana inquisitio, q̄ iā regio iussu  
 in multis locis earū regionū copta fuerat  
 p̄mulgari, tolleretur, simulq; sacerdotissimū  
 illud edictum, sub Placat nomine, quod o-  
 lim in causa religionis à Carolo V. indicitu  
 fuerat, leniretur, & si qua ratione fieri pos-  
 set, in uniuersum abrogaretur. His petitio-  
 nibus, à Parmensi responsum est, sibi non  
 esse integrum, ut iniussu regis, quicquā ho-  
 rum eis cōcederet: at se omni opera, & stu-  
 dio effectuā, ut ei hæc omnia quā primū dm  
 signi

significarentur, sc̄q; optimè sperare, futurū ut rex ilorū postulatis assentiretur. Hoc re sp̄sō habito, supplicarūt, ne q̄s interim ei rei studio, ulla iniuria, & incōmodo afficeretur, quod sanē illis p̄ tēpore cōcessum est, ne maiores motus cōcitarētur. Paulo p̄st ē cōmuni decreto, duos ex insigni aurei uel leris dignitate cōspicuos elegerūt, q̄ ad Hispanū huius negotiū, aliarūq; rerū causa, p̄ficiſcerentur, atq; hi fuerūt lo. de Berghes Marchio eiusdē loci, & comes Vale, & Florus Memoratius, regul⁹ Mōtegni⁹. Interēa temporis Antuerpię, multisq; alijs in locis earum regionum, secreti cōetus fiebant in multorū aedibus, in quibus conueniebant plurimi, qui diuersum dogma receperant, ibi⁹q; peculiares ministros habebāt, à qbus cōciones audirēt. Nec multa mora interieſta, sese palam declarare, quidq; animo senirent, publicē ostendere cōceperunt. Hīnc factum est, ut prop̄ illam urbem, & apud Neruios, Batauos, Selandos, Belgicos, Atrebatenſes, cōterisq; locis earum ditionum, in summa frequentia publicas iam conciones audire, quoquē prius dogma conceperant, publicē, sinequē ullo magistratus nietu, profiteri inciperent. Cūlī autem res ita procederent, grauesq; ac ingentes motus cum

NN 4 alibi

*Auracius* alibi, tum præsertim Antuerpiæ, instare ut  
proficiuntur derentur, accersitus est Gulielmus Na-  
Antuerpiæ. Iouius, Auranicus, qui sua prudentia, &  
authoritate illius urbis tranquillitati, ac sa-  
lutí prospiceret. Cùm autem eò peruenis-  
set, Parmensis, eius aduentu cognito, sta-  
tim ad eū literas misit, in quibus, commis-  
moratis hjs, q̄ cū ipse, tum eius maiores in  
dignitatem, ac beneficiū Austricæ familij  
hactenus præstítissent, se minime dubitare  
aliebat, quin, eundem animum, & studium,  
erga suum regem perpetuò retineret. Por-  
ro nunquam sibi maiorem huiusc rei de-  
clarandæ occasionem oblatā, quam eo tem-  
pore. Idcīrō eū hortabatur, ut, pro quiete,  
ac salute illius urbis, efficeret, ne oppidanī  
ad solitas conciones adirent, neque aliquid  
in mutarēt in his, q̄ a suis maioribus acce-  
perant, donec ea de re qđ à suo rege statu-  
tum foret, intelligerent. Contra uero i-  
psa pollicebatur, se omni ope annixuram,  
ut non solum id quod peterent, abolere-  
tur: sed etiam ipsummet placat, cuius su-  
perius facta est mentio, haud mediocri  
moderamine leniretur. Præfatus Prin-  
ceps nihil non effecit, ut saltem per men-  
sem quiescerent, quoad uel Status con-  
uenirent, uel regium responsum accipe-  
rent. Quin etiam, quo' maturius his  
rebus

rebus. pspiceretur, ipse met Bruxellas pro-  
fectus est, ut Parmēsem conueniret, simul-  
quē, quid agendū esset, firmis rationib de-  
clararet. Ceterū, uix inde abierat, cū proximo die, qui fuit primus, & uigesimus Au-  
gusti, populus omnis more impatiens, ue-  
teres rītus abolere incœpit, suamq senten-  
tiā, aperte ac liberē profiteri. Hinc sānē Conuentus  
factum est, ut Auraicus breui ad urbem re- Brederodi,  
dīrer, ne his grauiora succederent. Interim ac sociorū  
Brederodus, ac socij conuenerunt in oppi- urbe Sanre  
do Santron, quod est in finibus Eburo-  
num, ut ibi habitō inter se colloquio, de  
his reb. constituerent, quas pro initi foede-  
ris tuitione ab eis fieri oportet. Ad hos  
conuentus accessere plurimi ex eis regio-  
nibus, qui eandem in societatem admitti  
postulabant, & policebantur, se eiūdem  
causæ adiutorēs fore, proç illa sustinenda  
omnes facultates, ac etiam ipsius uitæ ia-  
sturam, (si ita res ferret) ultrō, ac lubēter ex-  
posituros. Ut primū de his comitīs auditū  
est, Parmēsis euēstigio, datis literis ad illius  
ordinis Principes, ostendit, se huiusmo-  
di conuentum nullo pacto commendare  
posse, cū illud fieret in contemptum regiæ  
authoritatis, utç̄ populus ad defectionem  
excitaretur. Nec Brederodum, & reliquos  
foederatos in supplici libello aliud petiisse,

NN 5 quam

quam inquisitionis abolitionē, nihilq; aliud se tētatuos promississe, ideoq; se illorū uerbis fretā, apud regē intercessisse, ut illa silentio inuolueretur, utq; etiam edictum, quod sublatum cuperent, mitigaretur. Nihil tunc prætereā postulatum: At cum ipsi multò maiora moliantur, nouaq; subinde consilia de nouis reb. capiāt, sc̄ iure de illis iam cōqueri. Proinde illos adhortabatur, ut huiusmodi colloquiū dissoluerent, atq; In priori statu permanerent, seiq; apud regē effecturā, ut omnia trāquillè & pacifice trāsigerētur. Quod si secus p̄gerēt, se illos breui ut cōtumaces, ac rebelles declaraturam, iustoq; ac debito supplicio in eos animaduersurā esse. His literis perfectis, nihil aliud respōderunt, quā se esse humillimos subditos, ac beneficiarios regis Hispaniarū. Ducis Brabantie, seiq; breui Bruxellas ituros, ut corām de his omnib. rationē redderent. Interim quō eorū causa iusta, & probabilis appareret, curarū typis excudi priuilegia Ducatus Brabantie, quæ sunt etiā cōmunia cū cæteris statib. Limburgi, Veschēburgi, Dalē, & alijs ditionibus, quæ adiacēt ultra Mosam, quæcū iungūtur cū ditione Brabā Priuilegia tica. Hæc priuilegia primo impetrat: succ Brabantie rūt à Carolo III. Imperatore, postea sibi ab alijs cōfirmata sūt, & speciatim à suis Principibus.

cipib. Inter alia capita cōtinent, Principiō  
licere citra cōfensum nobilitatis, & Vrbū,  
amplificare statū ecclesiasticū, latius quām  
progressu tēporis ab alijs Principib. obti-  
nuerit. Ut nullū subditū, uel externū inco-  
lā cū accusatione, aut petitione criminali,  
uel ciuilī, persequatur, nisi per viā iustitiæ  
ordinariæ, ac liberę, in qua reus seipsum  
defendere, suāc causam cū auxilio aduo-  
catorū publicè tueri possit. Ut absq; cōse-  
su statū earū reg'onū, nulla uectigalia in-  
iungerēt, nihilq; à ueteri consuetudine im-  
mutarent. Ut in Brabātia nullus externus  
præficiatur publico muneri, quod sit ma-  
gni alicuius pōderis. Ut si Princeps accer-  
sat, uel in unum cogat status harum regio-  
num, quo ab eis pecuniā, uel aliquid aliud  
postulet, populi Brabantiq; non teneantur  
egredi ex suis finibus, quin etiam ut nihil  
extra eorum ditionem statuat, ipseq; Prin-  
ceps teneatur se transferre in Brabantiam,  
si quid ab eis impetratum cupiat. Ut  
Princeps iniuste, aut ui aliqua, eorum le-  
ges, consuetudinem, & statuta uiolent, ipsi  
ab omni iuramento, ac diplomate abso-  
luti, & liberi remaneant, nullaquē in re il-  
li amplius astringantur. His priuilegijs  
promulgatis, è communi decreto status  
earum ditionum conuocarunt, citra  
quarum

quarū assensum dicebāt, se nullum statutum genus commutare posse: & cum ipsis habito concilio, ibidem ex publica sententia decreuerūt, se, fidem, atque obsequium prefaturos Hispano, tanquam comiti Belgico, ac regulo Brabantiae. Quod si ulterius progressus, uelit adigere ad ea, quae illorum priuilegijs obstarent, ipsi nullo modo parere teneantur, ne quid abrogetur immunitatibus, quas habuere ab Imperatorib. & præcipue, quæ Ambiaritis concessæ sunt, quæque in aurea Bulla continentur. Quod si quispiam secus agere tentaret, se quacunq; possent ratione illius conatibus obuiam ituros. Ut autem eorum consilijs euenter responderet, uiresque suppeterent, foedus atque amicitiam inuicem iniere, in qua ultrò admitrebant quicunq; forent eiusdem animi, ducesque ac centuriones in singulis Provincijs constituerunt, qui militum delectum haberent, loca communirēt, quæque ad sui defensionem usui forent, omni sedulitate, ac industria procurarent. Ut uero facilius constaret, quinam essent promptiores ad hoc foedus tuendū, inquit retinenda societate fideliores, quilibet ultrò pecuniā obtulit, cuius quidem in uniuersum summa dicitur fuisse ad ter decies cetera millia florinorū. Hanc ob causam prefecerunt duo decim

decim uiros, qui eā statu et tempore a finis  
gulis exigerent, ut pecunia in promptu es-  
set illi, qui cum imperio cæteris præcesset. Is  
autem foret unus ex Principibus externis,  
qui huiusmodi onus, atq; prouinciā liben-  
ter in se susciperet, totamq; belli rationem  
administraret, atq; huic omnes, eiudē fœ-  
deris socij obtemperaturi essent. Interim  
uniuersa pecunia in publico æratio posita,  
ibi usq; ad noui ducis creationem, & quo-  
usq; illa uti oporteret, fideliter affluaretur.  
Deinde mutuo consensu statuerunt, ut al-  
ter alteri auxilio adesset, si qua uis, & cōtu-  
melia inferretur, cōmunemq; causam sin-  
guli adiuuarent. His peractis, elegerunt  
Henricum Brederodū, Ludouicum Naf-  
souiū, Comitesq; à Colemburgo, & Van-  
debergo, qui Bruxellas irent, Parmensem, de  
his omnibus, quæ in eorū conuentu pera-  
cta fuerant, edocerent. Cæterū, cū ipsi ma-  
ioremi partem eorū, qui una fœdus inierāt,  
secū adducerent, iamq; ad Regiam appro-  
pinquarent, Armenis, auditio eorum ad-  
uentu, eis quam primū significari iussit, ne  
ad se uenirent cū tanto comitatu, sed tantū  
primores mitterent. At ipsi hoc responso  
habito, nec ulterius progredi, nec aliquē  
illūc mittere uoluerāt. Sed statim Antuer-  
piā uersus, iter aggredi sunt, cohæperueniē-  
tes,

tes Auracum, & Aegmondanū adiere, ac  
utriq; de his omnibus, quæ in eorū comi-  
tis sancta fuerat, significarūt, sed pñullo pa-  
cto ab ea sententia, quā recens amplexi fue-  
rāt, discessuros aiebāt. Parmēsis, cū ex mul-  
torū nuntijs, ac sermonib. intelligeret, gra-  
ues, & periculosos motus instare, ac sūmo-  
perè metueret, ne inde maxima rerū omni-  
um cōfusio, ac perturbatio sequeretur, bel-  
lūq; atrocissimū proueniret, iussit publica-  
ri edictum, quo cauebatur, ne quis auderet  
quicquā amplius immutare in his, quæ ad  
fidei rationē spectāt. In eo aut̄ permittebat  
posse haberi cōciones tantummodo extra  
urbes, in illis locis, in quib. erāt prius habi-  
tāt, addebatq; egē preterita errata illis cō-  
donare, modo ab omni alia innovatione  
supersederēt, donec ipsa, & status decerne-  
rēt, quid tandem agi oporteret. Interim eos  
oēs adhortabatur, ut regi iustū, ac debitū  
obsequiū exhiberēt. Ut uero sublatis dis-  
fidij, omnia quietius trāsigerentur, ex Au-  
raisci mādato, alterū edictū Antuerpię pro-  
mulgatū est, quo quidē seuerissimē iniūge-  
batur, ne q̄s ob eā rē, quēpiā lacesceret, ul-  
laq; iniuria prouocaret: sed amicē interse-  
ciuerēt, nulliq; impedimē o his forēt, qui  
aiud dogma recepissent, atq; hi uicissim,  
hoc idē erga ceteros præstarēt. Quoniā aut̄  
id

id magni esse negotij, uixq; omnino fieri posse uidebatur, ex prefati Principis, ac etiā uniuersi senatus decreto, institutū est in urbe militare præsidium, quod quidē octo cohortib. cōstaret, omnesq; oppidanī extiterat. Horū autē præfecti, & centuriones, una cū militib. unanimes iurarūt, ac p̄misserūt, se fore bonos, ac fideles famulos regi Hispaniarū, ut duci Brabatiæ, & Marchioni sacri Imperij, simulq; prefato Principi, ut Vicecomiti illius urbis, cuius quidē salutē, quietē, ac libertatē omni studio, & uigilātia p̄curarent, atq; defenderet. Itē ut Principi, ac eius præfectis, obtēperarēt in singulis reb. quæ sibi ob prædictæ urbis incolūmitatē, quietem, ac securitatem iniungerentur.

Vt quacunq; hora, & tēpore, illos in aliis quo uico, uel aliqua urbis porta, p̄ eius tui tione adesse oporteret, prēsto forēt egregiē muniti, atq; armati, ad nutū, & uolūtatem ipsius Principis, aut eius legati.

Vt quoties bellica instrumēta exaudiretur, & prēlio decertandum esset, singuli forēt in armis, sēq; ad dimicandū pararēt, etiā si tempus belli extra ordinarium esset.

Vt nulli suā stationē, ac locū sibi cōstitutū, deserere, atq; illinc abesse liceret, nisi horis cōsuetis, aut ex consensu eorū præfecti.

Vt q̄cunq; illis prædictus Princeps, uel eorum

eorū, duces iuberent, sedulò perficerēt, mō-  
dō ea respicerent regiam dignitatem, urbis  
commodum, & salutem publicāe quietis.

Vt niemo causa religionis læderetur, eā-  
quē impediret, quin potius eam partem,  
quam à reliquis opprimi uiderent, adiu-  
uarent, & pro uirili tuerentur.

Vt finerent se disponi, & collo cari in his  
locis, & cum tali numero, coniunctim, uel  
seorsim, & pro eo tempore, ut singulis eo-  
rum præciperetur.

Vt delectus haberi paterentur simul cīn-  
unū cunuenirent, quoties uisum fuisset il-  
lorum ducibus. In huiusmodi autem dele-  
ctu nullum aliud nomen insles daret, quā  
quod sibi inditū fuerat in sacro baptisma-  
te, nec alia arma sibi assumere, nec uteretur  
alio baculo, quam proprio.

Vt quicunq; semel stipendium accepis-  
set, suam stationem, & famulitum desere-  
re non posset, minusq; priori duce relicto,  
alteri adherere, nisi prius data facultate ab  
eo, sub cuius uexillo antea meruerat.

Vt nulla dissidia, & controuersias inter  
se alerent, nec etiā cum alijs, & præcipue cū  
his, qui aliquid publicū munus gererent,  
aut cum ipsis oppidanis.

Vt nullo genere contumeliae quempia  
in urbe commorantem, afficerent, siue is-  
suerent

esset negotiator, siue ciuis, sacri, uel profani iuris, mas, uel foemina, & cuiuscunq; ſe dei existeret, nulloq; dicto, uel facto cuipiā ullum damnum inferrent.

Vt nullos coetus, nullaq; concilia inuicē haberent, citra consensum prædicti Princepis, aut eius præfecti.

Vt nullas rixas, & diſſidias inter ſe fuſci- perent, nec ſe mutuo læderent, aut uerberarent: at fi qua controuerſia inter eos ori- retur, eā statim indicarent ſuis præfectis, quorum conſilio, & authoritate dirimere- tur. Cæterum, fi hæc huiuscmodi foret, ut ab eis dirimi nequiret, omnis cauſa, & diſſenſio ad Principem deferretur.

Vt ſedulo, ac diligenter proſpicerent, ne quid in cauſis forenſibus iniuste ageretur: at omnia rite, iuxtaq; legum præcripta fi- erent, ipſiſq; cùm eſſet opus, prætori omnē operam, & auxilium præſtarent. Si uero ipſi aliqua in re ius uiolassent, & proprieā merito plectendi forent, omnis pæna, & animaduertio ad Principis arbitrium, atq; ſententiam referretur: at reliquorum qui errassent, punitio, ad urbis præſidem, ali- osq; magistratus, in quorum quidem ob- ſequio, ut reliqui, perſiſterent, modò nihil iniungerent, quod eorum iuramento re- pugnaret. Adhæc, ut publicæ quieti stu-  
OO  
derent;

dérent, párrix̄c̄ decus, & incolumitatem, sicuti decet bonos subditos, ac fideles uiros, perpetuū tuerentur, omnem̄c̄ militari rem disciplinā, & bellicū studiū retinerent.

Ne qd facerēt, uel tentare pr̄sumerent, qd uicerī illius urbis cōsuetudini, statutis, priuilegijs, ac libertati aduersaretur, q̄m̄ potius hæc omnia pro uirili defenderent.

Si quidhiam audirent, quod minus in regium decus, ac publicę tranquillitatis, & quietis rationē cederet, illud ē uestigio suis ducibus indicarent. Hæc omnia ipsi iurarunt se obseruaturos, maximaꝝ pēna fuit constituta secus agentibus. Pr̄terea, omnes horum militum centuriones, uicifim iureiurando promiserunt, se omnem operam daturos, ut milites (quatenus per eos fieri posset) in omni politica disciplina,

- & modestia continerent, ac imperata perseverent, atq; etiam, ne quid inter eos, & opidanos, discordiæ, ac malevolentiae orietur. Quod si exortam ipsi cōponere nequirēt, illico totū negociū Principi, eisusq; uicem gerenti, denuntiarent. Dum res Antuerpiæ sic geruntur, in multis locis earum regionum subinde siebant cædē mutationes, maioresq; motus impendere uidebantur, pr̄cipue autem apud Batauos, in quibus locis quām maximē timebatur

ne

nē bello ciuili omnia suscep̄dēc̄ misceren. *Auratus ac-*  
*tur. Itaq; illorum proceres, Parmensi sup-* c̄eretur in  
*plicarunt, ut Araicū ad se mitteret, mul-* *Holandam,*  
*tisq; rationibus ostendebāt, illius præsen-*  
*tiā libi ualde opportunā esse, cūm is apud*  
*omnes gratia, & authoritate plurimum ua-*  
*leret, ibiq; regiam personam referret. Et si*  
*uero hæc, iniquo animo, at egerrimē fere-*  
*bat, ut is Antuerpia discedereret, summaq;*  
*uerebatur, ne ob eius absentiam, res in ea*  
*urbē minus quietē pcederent, & illius op-*  
*pidi ciues, ac plebs uniuersa, ne illinc rece-*  
*deret, omni ope annitebantur, id tamen*  
*haud sanè impetrari potuit, cūm res ibi*  
*tantopere urgeret, atque ab eo solo totius*  
*illius Provinciæ salus, & tranquillitas, pē-*  
*dere uideretur. Hoc ergo abeunite, in eius*  
*locum suffectus est Antonius Hoochstra-*  
*ta, Belgarum regulus, qui urbis regimē su-*  
*sciperet, quodq; ibi per Araicum paulò*  
*antē cōstitutum fuerat, obseruari iuberet,*  
*utq; omnia quietē, ac placidē administrā-*  
*rētur, sedulō prospiceret. Huic paulò post,*  
*nōnulli ex his, qui diuersum dogma im-*  
*mūtarant (inter quos fuerunt etiam pluri-*  
*mi senatores, ac præcipua dignitate præ-*  
*stātes viri) cūm suo, tum etiā omniū aliorū*  
*nomine, qui eandē in Belgio persuasionē*  
*sequebantur, supplices literas obtulere,*

O O      quas

Supplex libel. quas Hispano quamprimum perferendas  
 lus missus ad curaret. Harum autem summa hæcerat,  
**Hispanum.** uidelicet: Se hactenus erga suum regem eo  
 animo semper fuisse, ut non solum omnes  
 suas fortunas, uerum etiam ipsam uitam  
 ultrò, ac libenter exposuerint, idq; corām,  
 & dum etiam illinc abfuisset, nec pro ea tu-  
 enda, & exornanda, ulla unquam uectiga-  
 lia, ullūq; genus insoliti oneris recusarint.  
 Quocircā, sibi omnino persuaderēt, se sub-  
 inde tales futuros in posterum, ac etiam si-  
 fieri posset) paratiō studio, ea simul spe  
 innixos, ut ipsius gratiam perciperent, si-  
 curi anteā huiusc rei singularia, & illustria  
 testimonia conspekerant. Etsi uero, quo-  
 rundam consilijs inductus, eos omnes, qui  
 à ueteri sententia, uel latum quidem un-  
 guem hactenus discessissent, nec eam in sin-  
 gulīs rebus approbarant, bonorum publi-  
 catione, omniq; suppliciorum genere hunc  
 usq; persecutus est, & propterea inquisiti-  
 onem intromitti, ac obseruari iussit in il-  
 lis locis, in quibus semel admissa fuisset, at-  
 que ibi omnino introduci, ubi anteā non  
 dum esset admissa, quod sane prorsus repu-  
 gnaret libertati, & indulxit earum regio-  
 num, quæ ipsorum ditioni subjiciuntur:  
 nihilominus tamen, cum status, & nobili-  
 tas, eū summisſe precati essent, ut sui, suxq;  
 pristinæ

pristinæ libertatis rationem haberet ueller,  
non modò eam aboleri passus est: at etiam  
ex innata ipsius lenitate, sussurit deleri ea  
dictum, quod diu antea publicatū fuerat,  
omniq[ue] ratione, ac studio procurauit, ne  
quid fieret, quod homines harum regionū  
offenderet, & publicam quietem perturba-  
ret. Maximam itaq[ue] occasionem sibi præ-  
beri, ob quam diuinę bonitati gratias age-  
rent, sibiq[ue] omnia bona de ipsius clemen-  
tia, & benignitate pollicerentur. Cūm au-  
tem suæ ditionis homines, licet seuerissi-  
mo edicto proposito, in ea sententia quam  
maximè adoleuissent, eorumq[ue] animos  
multis rationibus confirmassent, primo se  
illam paulò ante in priuatis cœtibus decla-  
rassæ, deinde cūm se ipsos ulterius contíne-  
re nequirent, publicè iam profitari cœpisse.  
ut quiuis intelligeret, eam omnino esse,  
quam ante à prætimore, clam, & secretō p-  
sitebantur. Cæterū, et si eorum ministri,  
populum in suis concionib[us] assiduc, cō-  
tinenterq[ue] adhortati essent ad omnem mo-  
destiam, & obsequium præstandum Prin-  
cipi, & Magistratui, & unumquēq[ue] sui of-  
ficij admonuerint, neminemq[ue] suæ uoca-  
tionis limites egredi debere, ac sibi usur-  
pare quod illius est proprium, tamen effi-  
cī non potuisse, quin plurimi ex uulgo, &

OO 3 pro-

pmiscua multitudine, immoderato quo-  
dam studio adducti, multa temere, ac insa-  
lenter, ipsis inuitis, facerent. Id autem suos  
concionatores, semper ualde improbase,  
modisq; omnibus (quoad per eos licuit)  
illorum conatibus obstitisse, tatum abest,  
ut earum rerum authores, uel fautores extite-  
rint. Nec uero ad eos famam pculisse, ipsum,  
eius rei gratia, contra se ualde offendit, iacy  
omnino constituisse, relicta Hispania, in Bel-  
giis uenire cum ingentib. copijs hominum ar-  
matorum, ut de his omnib. dirissimis suppli-  
ciis sumeretur. Cum hoc itaq; certis nun-  
cij audiret, se non alienum iudicasse, si eum sum-  
misso orarent, ut sibi prsus in animis indu-  
ceret, hanc persuasionem ita ipsorum metib. im-  
pressam, tamq; alte radices egisse, ut nullis mi-  
nis, nulla tq; externa potetia terrori possint,  
quo minus ea retineant, & sequatur, cum hic  
questio ueretur de eterna illorum salute, uel  
interitu, ideoq; non facile illa, uia armorum, ex-  
corum pectorib. euulsam iri, quin potius ea  
ratione, qui sunt infirmiores, progressu te-  
poris, fore libertinos, atq; atheos, a quibus,  
nihil aliud, praeter omnem in suos Principes  
constitutam expectari potest. Itaq; Gamali-  
elis sententiam ualde ponderandam, quae  
ait: Opus Dei nunquam dissoluendum, ut quis  
con-

contra Deum prælietur. Posse autem fieri, ut illorum consilij adhærens, qui uel iræscitia, uel metu, uel cupiditatis, & gloriæ studio impulsus, ei suadent, ut ipsos armis inuaderet, indeq; nihil aliud lequeretur, quam irreparabilis ruina, & excidium omnium harum regionum, quæ nescita uigent, ac florent, quætam opportunitæ, ac necessariæ sunt, pro cōseruatione aliorum regnum, quæ ipse possidet, & simul aliorum Principum, qui finitimi sunt, ampliudo. Illos enim harum ditionum exuissitatos, futuros multo potentiores ad bellum inferendum, ac propulsandum. Se itaq; humillimos suæ regie malestatis subditos, ac beneficiarios, q; maximè cuperet uiuere, ac mori sub perpetua eius fide, ac ditione, quicq; p eius regnori gloria, & dignitate, quicquid sibi uiriū, & fortunaru, suppetat, quinetiā ipsam uitā exponere parati esset, hæc omnia sedulò perspicientes, hoc summis preciis rogasse, ac sperare, aliquē locū apud eū habiteras, idq; ob ingenitam ipsius elem̄tiam, & naturæ bonitatem, ideoq; per Christum Seruatorem ei supplicare, ut his omnibus qui in eorum conscientijs receptum dogma in omnibus rebus approbare nequeant, ac interim tamen in solida erga eum fidē, ac studio permanent, liceret

publicē conuenire in his locis, quæ sibi ab eo, ac eius magistratu consignata fuerint, ut, quod in rebus diuinis animo sentiunt, liberè, ac citra metum profiteri queant, indec futurū, ut hac libertate concessa, & firmata, mercatorum negotia (unde omnis harum regionum opulentia manat, & proficiuntur) amota formidine, omnīq; suspitione deposita, liberos commeatus, & recessus olim habituri sint. Quocircā suppli- citerab eo petebant, ut his postulatis be- nignas, facilesq; aures præbens, eam sibi ex suo permisso, ac speciali gratia concede- ret, ratamq; esse uellet per status generales harum prouinciarum, qui huius rei causa, in unum conuenirent. Quod uero ad sup- plicantes attinet, tantum abest, ut pro hac libertate adepta, de politico statu immutā- do, alioq; Principe substituendo, uel de ul- lo uectigali, tributo, & cuiuscunq; generis subsidio abnuendo, quicquam cogitent, (sicut eorum aduersarij hoc eis crimē obij- ciunt) ut contra, in testimonium perpetuæ fidei, ac obseruantiae, qua erga ipsum affi- ciuntur, quæcunq; hic à mortalibus prima dicuntur, sint semper parati exponere, quo- ties, & ubicunq; huiusce rei occasio incide- rit. Ut uero interim aliquod grati animi specimen exhiberent, simulq; clariss appa- rerer,

reret, ipsos, pro hac munificentia, fore sub-  
indē magis magisque addictos erga eum,  
semperq; animo promptiori ad quæcunq;  
in posterum iusserit, eo dñe, quo eorum pe-  
titioni assentiretur, polliceri, se (præter so-  
lita uectigalia) firmam cautionem præbi-  
tueros, qua quidem ad certum quendam, &  
præfixum terminum, illi ad terdecies cen-  
tena millia florenorum persoluerent, nec  
se unquam occupatueros eorum tempa, q  
à se dissentient, nullacq; ui, aut contumelia  
quempiam eorum affectueros, quo' minus  
idem profiteantur. Illum itaq; demississi-  
mè orabant, ut hoc genus officij grato ani-  
mo suscipere dignaretur, & munusculum  
à suis beneficiarijs, ac subditis oblatum, æ-  
qui bonicq; consuleret. Se autem sperare,  
ipsum, non alienum, & absurdum iudi-  
caturum, si pro aliqua singulari gratia,  
quam à suo Principe obtinuissent, se ali-  
qua ratione gratos, ac memores illi exhibe-  
rent, & quoquo modo possent, suam gra-  
titudinem testarentur, sicuti haud sane no-  
rum, & inauditum esset, ut hęc eadem po-  
stulata, & beneficia, sint præstata, & conces-  
sa subiectis. In hoc autem addebant exem-  
plum Alexandri Seueri, optimi & sapien-  
tissimi Romanorum Imperatoris, qui, ta-  
meti, ut cæteri, ethnica idola secebatur,

O Q . 5 ta-

tamē Christianos permisit habere templā  
in urbe Roma. Idē quoq; dici posse & eō  
stantino Imperatore, qui, pr̄ter suorū ma-  
tiorum consuetudinem, ijsdem loca, in quib;  
bus liberē conuenirent, suamq; fidem pu-  
blicē declararent, concessit, idq; in causa fu-  
erit, ut innumeræ contentiones, ac dissidia  
tollerentur, ut plurimæ cedes prohiberen-  
tur, ut deniq; suū imperium pacatē ac tran-  
quille regeret, omniq; bonorum genere il-  
lud quam maxime florere consiperet. Ad  
hæc, exemplis eorū Cæsarū, qui fuere Or-  
thodoxi, quorū quidē permisit, plurimi,  
qui diuersum sentiebant, fana olim habu-  
erunt, ostendebant, regiā eius mentem o-  
ptimē quietā, & pacatā reddi posse, ac pr̄-  
sertim exēplo Caroli V. sui progenitoris,  
& Principis nūquam omnino satis lauda-  
ti, qui concilia, & conuentus liberos illis  
Principibus, qui nunc in Germania Pro-  
testantes appellantur, concessit, ut etiā hoc  
idem paulo antē factum erat a Gallorū Re-  
ge, in suo regno. Hæc autem omnia ipsius  
animum hortari, ac firmari deberent ad idē  
suis largiendum, donec ex communi Prin-  
cipum Christianorum consensu, omnes i-  
dem prorsus animo sentirent. Interim fu-  
eturū, ut in tota ea regione magnę clades (ut  
dictū est) euitarētur, nihilq; metuēdū esset,  
ne externi, ac finitimi Principes, ea loca in-  
uade-

uaderet, ipsi p indigenę, ac negotiatores eō  
securitatis depeniret, ut non modo sibi alia  
domicilia, & sedes quærēdas arbitrarētur;  
sed etiā q ea de causa se, suasq facultates a-  
liò transstulerunt, mox una cū suis bonis, ac  
mercib. in patriā reddituri essent. Postremo,  
adūciebat, ex huiusmodi occasione, utriq  
parti quiete, ac securitate præbita, fore, ut  
totū Belgij posthac multo fœlicius, atq u-  
beris floresceret, una cū augumēto atq am-  
plitudine regiæ dignitatis, omnesq pro-  
diutina, & prospera eius incolumentate asse-  
duas apud Deum preces effusuri essent.

Dū hæc agūtur, tāta plerosq per uniuersi-  
sum Belgij, huiuscē rei cupiditas, tantusq  
ardor incessit, ut priusq ab Hispano aliud  
statutū esset, quaç super hoc negotio illi-  
us foret seniētia, cognosceret, in multis op-  
pidis, atq urbib, carū gētiū, noua fidei for-  
ma suscipieretur, idq præcipue contigit in  
urbe Valentiana, que quidē nō solū uere-  
res cultus aboleuerat, sed etiā ab omni re-  
gio imperio prorsus defecisse uidebatur.

Hinc effectū est, ut statim Princeps Parmē *Valentianum*  
fīs Norchermū, Belgarū regulū, cū duode- obſidetur,  
cīm cohortibus, & quīngentis equitibus  
eō transmiserit, quo urbem ingrederetur:  
at oppidi, cognito eius aduentu, non  
modo illum foras excluserunt: sed etiam,  
abreptis armis, quamprimum egressi sunt

eosq

eosq; adorti, non nullos ex illis trucidarūt.  
Quia uero quotidianie ad eos, plurimi ex ua-  
rijs locis, præsidio adueniebant, utq; firmi-  
ter, & constanter in sententia perseveraret,  
hortabantur, tantum animi, eis adiectum  
est, ut nihil minus, quam de ditione co-  
gitarent. Proinde factum est, ut Parmen-  
sis uiginti alias cohortes ad eum mitteret,  
atq; interim publico edicto illius urbis in-  
colas proscribi iussit, omniq; commercio  
cū alijs negociatoribus interdixit, & qui-  
cunq; aliquid æris alieni cum eis antea cō-  
traxisset, eos omnes absolutos pronuntia-  
ti fecit. Norchermus, maioribus copijs  
adauctus, eam regionem illicet depopulari-  
fussit, ut hostes omni re frumentaria, & pa-  
bulatione prohiberet: at ipsi nihilo segni-  
us ad defensionem omnia parare, ac sepius  
egressi, multa ad uictum opportune in op-  
pidum inferre, plurimaq; bellica tormenta  
in mœnibus disposuere, quibus, hostes  
ab oppugnatione arcerentur. Interim so-  
cij, ac fœderati, duodecim cohortes auxi-  
lio miserunt, quas quidem cū aduersarij  
aduentare conspicerent, è uestigio illis ob-  
uiam iuerunt, & conflictu habito, partem  
ex eis occidere, partim terga uertere coege-  
runt. His confectis, cum Norchermus au-  
diret, in urbe Tornacensi, quæ est apud  
Ner-

Neruios, eosdem motus exortos, ibiq; etiam omnia prouersus ad defectionē spectare, sibi non cunctandum ratus, eō statim cū suis copijs profectus est, matureq; in oppidum ingressus, omnes armis exuit, & quos dissidiorum authores cognouerat, capitāli supplicio affecit, moxq; ibi rebus compositis, ad priorem oppugnationem reuersus est. Dum non procul esset ab urbe, oppidani, facta eruptione, contra eius copias aciem direxere, atq; acriter utrinq; pugnatū est, in qua tamē dīmicatione, cum se ab aduerso agmine premi animaduerteret, post aliquam cladem acceptam, se in opidū receperē, ac portis præclusis, intra munitiones, & mœnia, seipso cōtinebant, indeq; hosti crebris tormentorū iictibus grauissima damna intulerunt. Id uero neutiquā obstabat, quō minus in oppugnatiōne pergeretur, quin potius, uiuēs, ac pluteis, quæ catapultarū globos auertere possent, excogitatis, obsidionē acrius urgebat, nihilq; ab eo pr̄termissum est, quod quidē ad loci oppugnationem facere uideretur. Cæterum, pr̄ter militares machinas, quas secum detulerant, Parmensis, triginta maxima tornēta, quib. mœnia deiceretur, ad eū transmitti curauit. Ipse interim oppidanos, & certos, ac fideles nuncios amicē hor-

Oppidū Tor-  
nacense capi-  
tur à Nor-  
thermo.

tabatur,

tabatur, ut aliqua honesta conditione se se dederent, eis'q; regis nomine, omniū præteritarum rerum obliuionem, ac ueniam pollicebatur: sed cum ip̄si nihil minus, quam de pace audire uellent: at potius obstinatissimis animis in priori sententia permanenerent, sc̄q; ad uim arcendam strenue pararent, hostes in oppugnatione acris instante incœperunt, tantu'm q̄ uī, ac impetu mœnia concutere, ut, cum magna muri pars iā diruta, & disiecta foret, se'q; amplius contra hostium impressionem tueri nequirit, se tandem illis arbitrio, ac misericordiæ dedidere, cuius ueniam triduo' ante recusa  
*Valenciani* rānt. Belli præfectus, ubi se tandem post unius mensis obſidionem, uictoria potuit uider, urbemq; cum suis copijs esset ingressus, continuo ciuibus imperauit, ut armadarent. a cōcionibus abstinerent: omnēsc̄p ministros, ac seditionis authores, in carcerem conāci mandauit. His tebus peractis, italido'q; ac fortī præſidio in urbe relicto, inde cum aliqua parte copiarum abscessit.

*Auraici res* Suprā cōmemoratum est, Auraicū à Badiſus ad urbē tauis rogarū, ut se in eā prouinciā cōferret, *Antuerpiam*. quō tumultus ibi excitati, eius prudētia, & autoritate sedarētur. His itaq; pacatis, atq; cōpositis, Antuerpiā reuersus est, quō etiā paulo post, Bredcrodus cū nō mediocri p-  
 cerunt

cerū comitatu aduenit, qd' sanē haud me-  
 diocrem Parmensi suspicionē attulit, idc  
 in causa fuit, ut statim Bruxellas multo ma-  
 tora presidia collocari iuberet, & nonnulli,  
 qui suspecti videbantur, ex regia protinus  
 remoti sunt. Postulatum est etiam à Bre-  
 derodo, ut arcem Vianam Hispano trades-  
 ret: at ipse id omnino recusauit, eamq; ad  
 se duntaxat pertinere, constanter affirma-  
 bat. Ne uero per insidias, aut alia ratione  
 caperetur, ipsemēt continuò illuc perre-  
 xit. Intetim, ex omnibus fermē partibus  
 earum regionum, subinde grauiores mo-  
 tus imminebant, nec tamen singuli unum,  
 idemq; profiteri: sed omnino diuersum,  
 atq; ita multorū animi uarias in partes di-  
 strahēbātur. Ut uero aliqua ratio iniretur,  
 qua controuersiae tolli, ac impendētes mo-  
 tus euictari possent, indictus est conuentus  
 in urbe Mechlinia, eoq; aduenerunt Amu- *Procerum cō-*  
 ralus Comes Aegmondanus, & Princeps *uentus Mech-*  
 Gauarē, Philippus Memorantius digni- *linia.*  
 tate Amiras, & Horni Comes, Philippus  
 Croys Dux Arescoti, Petrus Ernestus, &  
 Niunardus, Belgarum Reguli, cum plā-  
 risque illustribus, ac nobilibus uiris. Au-  
 raicus uero, & Hoochstrata, cūm publi-  
 eam fidem sibi dari peterent, eamq; mini-  
 me impetrarent, illuc accedere noluerunt.

Ip̄

Ipsitamen qui aderant, cœperunt agere de componendis rebus: at propter dilacerantium uolūtates, nihil tūm omnino decerni potuit. Verū tamē ex cōmuni cōfensiū missum est ad Parmensem, ut quæ iā esset, cūm ipsius, tūm regis sententia, inteligerent. Responsum est, nihil effici posse, nīsi prius his articulis, regio nomine propolis, quām prīmū m̄ subscriberent, vide licet: Ut populus, ciuesq; uniuersi, in posterum à concionib; abstinerent: Ut arma traderent: Ut in singulis urbibus, atq; oppidis ea præsidia protinūs admitti parerentur, quæ Hispano uisum foret. Postremo, ut illius clementiæ, atq; arbitrio se se dederent. Cūm huiusmodi conditiones admodum alienæ, ac difficiles uiderentur, illico, re infecta, discessum est, eo q; magis, quod propè Antuerpiā noui motus oriebantur. Nam iuxta urbem, duce equite à Tolosa, miles colligi cœperat, iamq; se numerus ad mille, & quingentos extendebarunt, & subinde amplior siebat. Hinc sanè accidit, ut Parmensis, ea re cognita, ē uestigio nonnullas cohortes, turmasq; militares contra eum miserit. Tolosani tūm erant Ostrobillæ (is pagus abest ab urbe tantum sexquimillari) atque ibi plures hinc, inde, copias præstolabantur: at regij milites repente,

Cædes habi-  
ta propè Ant-  
uerpiam.

repente, ac de improviso in eos impetum fecere, cūq; & numero, & rei bellicæ scientia, longe his antecellerent, paruo negocio deuicerunt, magnaç; illorum pars concisa, & plurimi in ipsa fuga miserrime trucidati. Ut primū is rumor ad oppidanos peruenit, qui erant eiusdem fœderis, cōtinuò armis correptis, ad opem socijs ferendam accurrere instituerant, sed urbis portas occlusas inuenēre. Cūm igitur exeundi facultas præteriperetur, confessim indignari, fremeré, ac sibi quisque arma, telaquæ sumere, moxquæ in publicos uicos, & plateas prodire, atque illorum numerus ferè ad milia quatuordecim portigebatur, idç; tam celerè ab eis factum est, ut reliqui, licet singuli eorum, armis expediti essent, necç; modus, necç; spatum daretur, quo se in unum colligerent. In primis petierunt claves portarum totius urbis, hæcç; statim ad eos delatae sunt, moxquæ acceperunt omnia bellica tormēta, eaç; in forum adduci iusserūt. Postremo sibi dari uolebant publicū urbis pretorium, nouos magistratus creare, omniaç; tandem ipsi suo arbitratu regere: urbis præfides, hoc audito, blandè, atç; amicē apud eos instabant, ne quid huiusmodi postularent: at potius de aliqua honesta compositione agerent. Verū ipsi

PP

omnem

*Seditio in urbe Antuerpiæ.*

omnem pacis conditionem recusabant.  
Cum res ita se haberet, alarum ceteriones,  
ac reliqui ex ciuibus, egere cum illis octo  
militū cohortibus, quas p̄ urbis custodia,  
& salute constitutas fuisse, superius de-  
monstratum est, ut sibi opem ferrent, cau-  
samq; cur id facere deberent, hanc præci-  
puam esse aiebant, quod uidelicer, iuraf-  
fent, se nullius religionis homines impedi-  
turos: at publicam pacem pro uirili con-  
seruaturos: eamq; partē oppressuros, quæ  
alteri negocium facesseret. His rationi-  
bus milites commoti, continuò se illis  
adiunxerūt, acieq; instructa, magnum ur-  
bis forum, atq; illud, in quo moneta excu-  
ditur, occuparunt. Hæc enim duo tantum  
loca remanserant, quæ nondum quisq; il-  
lorum postulārat. Interim (quod sanè mul-  
tis, haud paruæ admirationi extitit) qui e-  
rant Augustanæ sententia, regijs partibus  
adhæserunt. Harum uirium accessione nō  
modò fam sese ad tuitionem parabant: ue-  
rūm etiam sibi secunda prælia polliceban-  
tur. Dum ergo utraq; pars animis infensi-  
simis, odioq; acerrimo in ultionem fertur,  
quidam præstantes uiri, pacisq; amatores,  
& qui plurimum autoritate pollebant,  
inter quos fuerūt in primis Tomas Fliscus,  
& Marius Carduinus, uiri, cum generisno-  
bilitate,

bilitate, tum uirtute ornatisissimi, se se inter-  
posuerunt, tantaq; solertia, & dexteritate  
negocium tractarunt, ut ad pacem flecte-  
retur, exq; communis cōsilio decretum est,  
ut claves, & bellica tormenta restituerent,  
utq; magistratui nullā omnino uim infer-  
rent: sed uniuersa in priorem statum redu-  
ci paterentur. His rebus cōpositis, missi  
sunt Bruxellas ad Parmensem, Hocstrata  
comes, & Matius Carduinus, qui eam cer-  
tiorē facerent de his omnibus, quę in ur-  
be accidissent, simulq; ut oppidanos regi  
conciliarent. Responsum autem, quod ab  
ea regis nomine acceperunt, hoc fuit, ut, ui  
delicet, populus, ac Senatus Antuerpiā-  
nus, conciones, & q̄cquid spectaret ad im-  
mutatam fidei sententiam, prorsus omitte-  
rent. Ut sibi liceret in urbe ponere id præ-  
sidij, quod magis consentaneum uidere-  
tur. Sed interim, donec aliud à rege in man-  
datis haberent, nemini ob eam causam ul-  
la iniuria inferretur. His rebus confectis,  
Mansfeldius comes missus est ad eam urbē  
cum sexdecim cohortibustmilitum, qui ibi  
præsset, pauloq; post Parmensis etiam eō-  
dem contendit, ibiq; honorificentissimē sis ingreditur  
fuit excepta. Cūm autem per urbem ob-  
quitans, templorum ruinas, urbisq; alias  
florentissimā, ac maximē populatā, soli-

Motus Ant-  
uerpiā sedan-  
tur.

PP 2 tudinem

Dux Parmen-  
sis ingreditur  
Antuerpiam.

tudinē animaduerteret, dicūt, eā à gemītū  
& lachrymis minime contineri potuisse.  
Omnes n. qui se reos alicuius facinoris, &  
culpæ sentiebanit, quiç illorum tumultū  
uel authores, uel participes extiterat, ex ur  
be cōmigrarant, suasç familias, & fortu  
nas alio abduxerat, ueriti (ut par erat) ne  
de se graue suppliciū sumeretur. Ipse quo  
que Araicuſ paulo antē discesserat. Cū n.  
uideret, regē uelle, ut iuraret, qđ sibi absq  
ulla exceptione obtēperaret in omnibus,  
q ipse præciperet, hoc se facturū penitus re  
cusauit, affirmans, alio se iuramēto absti  
ctum esse, uidelicet, ut regijs uerbis audīes  
foret in omnib. rebus, q sibi iniungeretur,  
modo essent cōsentaneę priuilegijs earū re  
gionū, quæ ipsem et rex anteā se conserua  
turum iurārat. Addebat etiā, si quid regio  
nusu egisset contra præfata priuilegia, pri  
mum iuramentum à se uiolatum iri. Quo  
circā ex urbe discessit cū magno procerū,  
& uirorum nobiliū comitatu, uenitç Bre  
dam, paternū oppidū, deinde profectus est  
in Bataviam, indeç se in Germaniam contulit.  
Peridem tēpus, Leodiceū, & Bolduc, quæ  
oppida, nonnullos motus eiusdem rei  
studio excierant, cum rege in gratiam re  
dierunt, omniaquæ iam in Belgio pacata  
uidebantur, præter Holandam, in qua  
erat

erat Brederodus cum aliqua manu hominum armatorum. Ne autem illius vires crescerent, hostiumq; numerus augeretur, illuc missus est Carolus Brimeus, comes à Meghen, cū aliqua manu equitatus, ac perditum, eumq; postea subsecutus est Norchermus cum alijs copijs militaribus. At Henricus, cū se uiribus longe imperam conspiceret, statim cum uxore, ac familia, & quibusdam ex his, qui ei se comitem illius itineris præbuerant, nauem concendit, atque à terra soluens, prospereaque usus tempestate, Brām, oppidum maritimum, & Germanię proximum, pervenit. Cæterum, plurimi ex eius socijs, ac militibus, inter quos fuerunt pleriq; ex veteri prosapia, cū à littore paulò longius abessent, nec nauem concendēdi facultas daretur, in hostium potestatē deuenierunt. Vianenses autem, cū se ab Henrico destitutos, neq; se aduersus hostem diutius tueri posse animaduerterent, continuo de partione agere coepérunt. Itaq; missis legatis ad Parmensem, seipso unā cum oppido illi dediderunt, moxq; ad eos missus est Brunswicensis regulus, qui eum locum, regis nomine, tueretur. Porro inter Hispanum, ac Brederodum, fuit ante id tempus, non parualis, & controuersia super huius

PP & loci

locti ditione, atq; in iudicium causa delata, adhuc pendebat, cum uterque, illum ad se pertinere, uarijs rationibus contenderet. Postremo, quæcunque oppida, & urbes in eis prouincijs à regia obedientia descivabant, regem supplices agnouere, se'q; illi ulterò dediderunt, & Parmensis militaria presidia in singulis dispositi, & fana denudò instaurari, atq; omnia iuxta priorem formam, & uiuendi rationem, ut reducerentur, summo studio, & uigilantia procurauit. Etsi autem, nihil omnino ab ea praetermissum est, quod, cum domi, tum militiæ, ad regiam dignitatem, & Republicæ quietem, ac utilitatem spectaret, omnia'q; prudentissime gererentur, Hispano tamè ob plurimas causas uisum est, operæ pretiū fore, si Ferdinandum Toletanum, Albæ regulum, illis regionibus præficeret, eumque cum ampla illuc authoritate, firmoque militum præsidio amandaret. Hunc itaque toti Belgio præfecit, omnique regia authoritate ornauit.

Dux Albanus  
mittitur in  
Belgiis.

Is autem, ut sui Principis voluntati morem gereret, ex Hispania profectus, Genuam appulit, indeq; per Galliam Cisalpinam, & Allobrogos interfaciens, uenit in comitatum Lucemburgicū, secumq; duxit circiter octo milia Hispanorum, qui erant omnes perit, ac

ac veterani milites. In ea ditione illi obuiā processit Albericus Lodronius, cum tribus peditū millibus, ac trecētis equitibus, quos regio iussu paulo' ante collegerat. Cū tandem in Belgum peruenisset, paulatim distribuit præsidia Gandauj, Louanij, atque alijs in locis earum regionum, ubi mīra quadam, & incredibili celeritate, arcem munitissimam construī iussit, ut eam urbem, tanquam freno cohiberet, ne iterum nouos motus, atque dissidia excitaret.

Paucis post diebus, Egmundanum, & Memorantium, utrumque anteā, cūm propter generis amplitudinem, tum quoque ob rei bellicæ disciplinam, & uirtutis præstantiam, à Carolo V. in illustrium equitum ordinem cooptatum, aureiç uelleris torque donatum, regis nomine comprehendendi, & in vincula coijci iussit, moxç plūrimos alios nobiles, ac insignes uiros, quibus deinde diuersis temporibus caput ab humeris detruncatum est. Ex his autem, potissimum Calendas Iunij, anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo octauo, plures, qui eadem de causa sententiae ad dicti fuerant, capite mulctati sunt, inter quos erat 28. ex equestri ordine, summiscz natalibus clari, & cum his, plericiç alij, non

obscuri nominis, ac famæ, qui, ut cōtumaces, ac rebelles comprehensi, uariò mortis genere, supremum uitæ diem clauerunt.

Iisdem fere temporibus Princeps Alba-nus p̄fatos comites, qui ambo in arce Gan-dauensi captiuū detinebantur, cum magno Hispanoruī pr̄cilio, inde Bruxellas ad-ductos, Non. Iunij publicē decollari iussit. Non multo p̄st Dominus à Strale, nobiliis Antuerpiensis, & qui in ea urbe, cūm o-pibus, tū authoritate p̄cipuū locū gerebat, securi quoq; p̄cussus est, atq; ita in Bel-gio plurimi viri ex illustri, ac ueteri genere, quicq; prius in magna, & suprema authori-tate floruerant, breui temporis interuallo miseram, & luctuosam sui tragediam reliquerunt. Aliquot menses anteā ex Philip-pi iussu, custodiæ traditus est Carolus, His-paniarum Princeps, cuius quidem rei cau-  
ta, ut à nonnullis uarie commemoratur, ita quoque ipsius enarrationem alijs re-linquam. Is autem, ubi aliquandiu in car-cere detineretur, in lethiferum morbum incidit, eoqu'e breui ex hac uita sublatus est. Non longè ab huius interitu, obiit etiam in Hispanijs Isabella, filia Henrici Galliarum regis maior natu, & Philippiu-xor, eiusq; mors ideo acerbior uisa est, quod grauida, & in uiridi ætate obierit, nullamq;

Mors Princi-pis Hispania-  
rum.

nullamq; masculam prolem ex se reliquerit. Suprà commemoratum est, regulo Alzano totius Belgij administrationem ab Hispano traditam fuisse. Cùm itaque Parmensis, iam cuncta illius arbitratu, ac imperio gubernari conspiceret, in Italiam redire statuit, eiusque rei facultate ab Hispano impetrata, illuc iter intendit, eiisque, pro se, ac hæredibus, ex regio cōdicto, qua tuordecim millia nummūm aureorum annuatim promissa sunt, & ante profecitionem pro uiatico aureorum X. millia tradita fuerunt, atq; ita ex Belgio in suam ditionem rediit, anno ab humana salute M.D.LXVII. Dici autem uix potest, quām propter eius abitionem indoluerint proceres, ciuesque universi earum regionum, cūm ob eximiam eius mansuetudinem, & naturæ facilitatem, tum prudentiam, æquitatem, cæterasque animi dotes, quæ in bono, & laudabili principe requiruntur,

Dum hæc in Belgio fierent, Scotia ita. *De regno Scotia.*  
rjs, multisq; ciuium dissensione, pro-  
cellis, ac turbinibus uexabatur. Vnde au-  
tem hi motus originem habuerint, hic bre-  
uiter, & summatim explicabo. Ioannes  
Stuardus Leuiniæ comes, cum ab Hamil-  
tonjs fuisset occisus, Matthæus eius filius,

admodum puer, in Galliam missus, apud  
magnum patruum Robertum, Albiniæ  
Dominum, complures annos fuit, donec  
post Iacobi V. Scotiæ regis, mortem, tur-  
baris in Scotia rebus, domū fuit per Fran-  
cicum Galliarum regem remissus, eorum  
suas, qui suas utilitates imminui, pacem  
que inter Anglos, & Scotos factam dole-  
bant. Is ergo, cum Iacobus Hamiltonius  
ex inimica familia summum magistratum  
inuasisset, uisus est maximè idoneus, qui  
factionis aduersæ vires frangeret. Statim  
itaque ut domum uenit, reginas, matrem,  
& filiam, in libertatem restituit, atque ita  
clientibus, & amicis se munierat, ut inimi-  
cis esset formidabilis. Igitur Harmilto-  
nius reginæ matri conciliatus, opera ma-  
xime Duidis Betonis Cardinalis, ad eam  
Sterlinum uenit. Hi, ex communi consen-  
sensu ad Francum scribunt, Matthæum  
unum in mora esse, quo minus pax in Sco-  
tia esset, eum si reuocaret, se curaturos, ut  
foedus factum cum Anglis, solueretur, &  
& Scotia in fide Gallorum esset. Matthæus  
per literas à Fraco reuocatus, à regina pro-  
ditus, ab inimicis circumuentus, uidebat,  
si recederet, amicos, & clientes in potestate  
inimicorum se relinquere, et quæ expes-  
ditionem

ditionem ipsi infamē, amicis calamitosam fore. Quo cīrca desertus à Franco, ad Henricum Angliæ regem se contulit, à quo liberaliter acceptus, multisq[ue] prædijs donatus, accepit uxorem, Margaritam Duglasiam, quæ ex Margarita Henrici sorore nata erat, & multorum in Scotia prædiorū hæres. Ab eo tempore Matthæus in Anglia fuit, exquæ p[re]fato consilio liberos habuit, quorum prior, Henricus nomine, cum fere iam uigesimali annum attigisset, multisq[ue] animi, & corporis dotibus prefulgeret, in Scotiam accersitus est, ibi q[ue] ex Procerum consensu, Mariam Stuardam, Scotiæ reginam, tunc temporis uiduam, & adhuc florenti ætate, formaq[ue] conspiciua, in matrimoniu[m] accepit, qua cum, aliquandiu amanter uixit. Cæterum, haud multò p[ro]st, cum q[ui]nnis utriusque amor in odium uerteretur, factum est, ut Henrico uita, & reginæ regnum adimeretur, atque illud statim ad maximas calamitates deueniret. Nam rex, dolo, ac insidijs Bodueli comitis interfactus est, idq[ue] accedit, assentiente regina, quæ postea ipsime Boduelo, sese illegitimo, ac infelici coniugio iunxit. Rege, indignissima cæde interempto, purpurati, ac proceres,

hoe

hoc execrandum, atque horribile facinu-  
modis omnibus vindicandum censuerūt.  
Itaque copijs paratis, contra eum aciem  
direxere, cumq[ue] ad certamen uentum es-  
set, is, & militum numero, & cause bonita-  
te longè inferior, magna strage affectus est,  
sibique tandem fuga consuluit: sed quoni-  
am deuictus, in nulla regni parte se tutum  
ab hostibus uidebat, ad littus properauit,  
ibique nauem concendens, Daniam uer-  
sus, nauigationem direxit. Cūm autem il-  
luc appropinquaret, à nonnullis, ut pirata,  
deprehensus est, atq[ue] in vincula coniectus.  
At Scotiæ regina in arcem Lothliuim ca-  
ptiuia perducta est, omniq[ue] regia autho-  
ritate, atque administratione exuta. Puel-  
lulo autem, quem anteā ex viro suscepereat,  
regni diadema traditum est, ac tutores præ-  
positi. Dum res ita geruntur, nonnullis  
mensibus interiectis, regina, quorundam  
ope, ex arce, paruo nauigio aufugit, eoq[ue],  
uiuentorum, in Anglicanum littus appu-  
lit, & ab incolis agnita, protinus regiæ tu-  
telæ committitur. Quid autem postmo-  
dum ipsius causa, in utroque regno acci-  
derit, non deerunt præclara ingenia, à qui-  
bus hæc omnia literis mandabūtur. Quod  
uerò ad me attinet, id tantum in præsentia  
dixerim, Elizabetham, Britaniæ reginam,  
singulare,

singulari, Dei optimi maximis bonitate, ac prouidentia gubernari. Quāuis enim ipsa met egregia uirtute, ac sapientia prædicta sit, & apud se consiliarios habeat, summo iudicio, summaque prudentia præstantes, tamen fatendum est, humana consilia persæpe inania reddi, nisi ea diuinatus regantur. Id uero ut ita esse iudicem, superiorum temporum facit recordatio, quum cogito, quot interni, externique hostes, huic optimæ reginæ insidiati sint, & quam mirabiliter illam Deus ab eorum insidijs, atque conatibus eripuerit, & propterea fatendum est, fœlicitatem gubernationis, solius Dei esse beneficium, ipsumque regna tribuere, cui ipse fauet, & uicissim, cui libuerit, auferre.

Dum Scotiæ regnum his turbis, ac motibus agitatur, Sueciæ, ac Daniæ reges, magno quodam inter se odio flagrabant, multisque & grauissimis bellis inter se prælabantur. Etsi uero plurimi Germaniæ reguli, & Imperator Maximilianus persæpe contenti sunt eorum dissidia componere, ac æquas pacis conditiones utriq; proposuerunt, nihil tamen ab eis, tunc agi potuit. Multum igitur ab utrisque, mari, terraque dimicatum est, & quidem uario, atq; anci piti eventu, magnæque clades utrinque illatæ,

*De bello, quod  
diu gestum est  
inter Sueciæ,  
ac Daniæ re-  
ges.*

illatæ, ac sanè alterū, in alterius excidium,  
& perniciem conspirasse uidebatur. Ipse  
autem Suecorum rex Ericus, huius nomi-  
nis XIII. non modò foris atrox bellum in  
hostem gerebat: Sed etiam barbara qua-  
dam sœvitia in suos proceres ferebatur, &  
Ioannem, Finlandię Principem, sibiq; ger-  
manum fratrem, ob regnandi suspicionem  
in vincula coniecit, in quibus deinde ad  
biennium, permanxit, breviq; post, ita in  
nobiliores sœuire cœpit, ut plurimos ex  
his, nulla data occasione, capite trūcari ius-  
serit, & inter hos patrē reginæ, quæ Gusta-  
uo nupserat, eiusq; fratrem, & Comitem  
Suuanth, unā cū eius filio, ac plerosq; alios  
insigniores uiros, idq; potissimum suasio-  
ne, ac instinctu Georgij Piersoni, cuius im-  
pio consilio plurimum regebatur. His  
peractis, ed dementiæ, ac furoris deue-  
nit, ut sibi ipsi mortem uellet consciſce-  
re, atque ob eam calusam Gulielmum  
quendam, oriundum ex Hollanda, rei-  
quie medicæ peritum, & cui etiam suam  
salutem diu commiserat, ad se accersiri ius-  
sit, eiq; imperauit, ut balneo pararo, sibi ue-  
nas in pede incideret, quæ sensim cruento  
deficiēte extingueretur. Cum autem huic  
rei quam primū aduersari cœpisset, moxq;  
inde abiens, rē uniuersam Dionyſio Gal-  
lo,

Io, qui alias in Britannia, sui regis nomine, legationem gesserat, indicasset, is confestim regem adiit, eiique, ne id faceret, neue seipsum suomet crux pollueret, suadebat, utque ad saniora consilia mentem reduceret, hortatus est. At rex ira, furore que percitus, correpto pugione, statim in eum irruit, & acriter uulneratum, suis praetorianis interficiendum dedit, eiusque medicus eodem sati genere interemptus est. Harum rerum atrocitate, regni proceres, commoti, regem in quoddam cubiculum incluserunt, & Ioannem, qui adhuc in carcere detinebatur, accerlendum curarunt, atque ad eum imperij summam, regiumq; diadema detulerunt. Ast ipse regij nominis dignitatem, abnuens, regni duntaxat administrationē ac tutelam admisit. Non multis diebus interiectis, Hēricus ingenij vires resumens, ac mentis iterum compos, rursus regni habenas, & gubernacula suscepit. Ceterū, haud multo post, eiusdem Georgij Piersoni, uiri nefarij, & immanissimi, persuasione impulsus, opiparum, ac solenne conuiuum instituit, ad quod quidem inuitarat omnes fratres, sorores, cunctosque regni proceres, cum quibus aiebat, se uelle defende plurima conferre, quæ ad commodum,

ac decus regni quā maximē pertinerent. In  
hoc autē, omnes ad unū interimere consti-  
tuerat. Cæterum, id horribile facinus, pri-  
usquam abeo peragī potuerit, patefactum  
est per uxorem Nicolai Belgici, quem rex  
paulò antē occidi curārat, eaçp, priusquā  
nupsisset, potitus erat, moxq[ue] à uirī nece,  
in matrimonium duxerat. Hæc igitur o-  
mnem proditionem detexit cuidam nobis  
lī matronæ, quæ erat ex Gallica stirpe, ac  
nupsierat Herbeuillæ eiusdem nationis uī-  
to, eaquæ statim ad Principem Ioannem,

**Eri**cus rex  
**Suecia ob ty-**  
**rannidem cōj**  
**citur in car-**  
**cerem & Dux**  
**Ioannes , eius**  
**loco substitui**  
**tur.**

qui ei hæc omnia secretō nunciaret, misit.  
Tum regni proceres, è unanimi consensu  
Henricum comprehensum, perpetuo car-  
ceri relegarunt, & Ioannem, regem declara-  
runt, ipseque Pieronus, habita questione,  
diuersis suppliciorum generibus affectus  
est, & commeritas sui pessimi cōsilij pœ-  
nas persoluit. Hinc autem reges, qui que  
cæteris præficiuntur, improborum assem-  
bationes caueant, eosquæ à se omnino ar-  
ceant, quorum congressu, prauisq[ue] consi-  
lijs, ad sœuittiam, & tyrannidem incitantur,  
atq[ue] illud Sophoclis ppetuō meminerint.  
Σοφοὶ τύγανονεστ τῶν σιφᾶν Συντάξις. Qui uerbis his  
artib[us] Principum gratiam, & beneuolen-  
tiā aucupantur, sequē haec ratione am-  
plias opes, & dignitates consecuturos spe-  
rant;

rant, illud sibi ante oculos p̄eponant.  
 ॥ οὐ ποὺν βγλὰ τῷ βραχίονεστιν ανίση.

Ioannes interim ex omnium nobiliū consensu, totius regni p̄fecturam adeptus, hoc in primis sedulō curabat, ut rebus omnibus domi recte cōpositis, cum rege Datiæ pacem iniret, cumq; anteā, Sarmatici regis sororem, in cōjugem duxisset, fiebat, ut h̄i cetiam pro eadem re perficiēda, summopere allaboraret. Igitur, legatis ultrō, cītroq; missis, illa tandem certis quibusdam conditionibus inita est, finisq; tam graui, ac diutino bello impositus.

Dum hi reges inter se acerrimis odijis discriminabant, ipsi quoq; Sarmatarum, & Moscuitarū Principes, atrocibus animis inuicem præliabantur. Huius autem dissidij, & contentionis, quæ diu inter utruncq; regem perdurauit, multi historici causam alij temporibus prodiderunt. Cæterū, ut uariē, ita etiam ordine, haud ualde conspicuo. Etsi uero ipse, huius belli, quod nūc etiā inter eos magis, quam unquam exardet, haud sanē plenam, perfectamq; notitiā a se qui potuerim, liberè tamē dicam, quid mihi potissimum uideatur. Magnus du-  
 catus Lithuaniæ, a mari Prutenico usq; ad Vilnam, quæ est metropolis Lithuaniæ, extenditur sexaginta milliaribus Germanicis.

QQ

nicis.

De ducatu  
Lithuaniæ.

niciis à Riga usq; ad Vilnā, recto itinere 40.  
 uel secūdū alios, 70. A Kiana, usq; ad Con-  
 fluentē Borysthenis maioris, ac minoris,  
 q̄ hodie uulgò Neper, & Boch appellatur,  
 sunt 70. millaria. Hic erat castrū Diassouū  
 qd̄ postea dirutū est, & hic etiā finis domi-  
 nij Lithuanorū, quod prius extendebatur  
 usq; ad Nouū castrū, expugnatū à Turcīs,  
 & loca finitima, q̄ sunt in planicie, incolun-  
 tur à Scythis, atq; hi sunt fines inter occasū  
 & meridiem. At ex altera parte, à Parcouo,  
 in cōfiniis Lithuaniae ad Vilnā, sunt 80.  
 millaria: & in Cracoviā per idē iter usq; ad  
 Vilnam, 120. sed a Vilna ad Smolencum,  
 circiter centum. Hæc ampla regio, dicta est  
 Lithuania, quia, nonnulli ueteres historici  
 dicunt, quosdam Italos, relictā Italia, ob ci-  
 uiles Romanorū dissensiones, atq; discor-  
 dias, uenisse in hanc prouinciam, eamque  
 appellasse Italiam, eiusq; indigenas Italos.  
 Pastores autem, unius literæ additione, il-  
 lam nominasse Litaliam, & Litalos, donec  
 Rutheni, & Poloni eorum uicini, eam di-  
 xere Lithuaniam, & Lithuanos, idē no-  
 men ad nostra usque tempora permanuit.  
 Regio ipsa ad ortum, Poloniæ connexa  
 est, nonningentorum millium passuum  
 circuitu, magna sui parte palustris, pluri-  
 mumque nemorosa, & ob eam rem diffi-  
 lis

lis auditu, & quodammodo inaccessa, aquis, & paludibus cuncta obtinentibus. Hyeme commercia cum Lithuanis habiliora, paludibus, & stagnis alta glacie concretis, niueque superinfusa, sunt omnia mercatoribus peruia, quo sit, ut, uelut alto mari, quando nulla, & certa sit uia, aut semita, sydera signent iter. Rara in Lithuaniae oppida, uillarum incolatus frequens, accolaram diuitiae sunt pelles, multigenum ferarum, quibus regio insigniter faciet. Ceræ, & mellis abundans, usus pecunie nullus genti inter se, uini rarissimus usus, panis nigricans, armenta uictum præbent, multo lacte utentibus, sermo, ut Polonis, Sclauonicus. Hæc gens per aliquod tempus tam obscura, & ignobilis fuit, ac etiam tamen inops, eorumq; ager ita sterilis, ut, cum Rutenis pareret, pro censu, ac tributo, certa quantitatem suberis, annumeraret. Tandem Vuithenen fecit ie Caput, & Principem Lithuanorum, & à Ruthenis deficiens, astu, & dolis aggressus est Principes Russicæ, atq; illos deuicit, eoq; potestia sensim deuenit, ut eos in suam potestatem, acditionē redigens, cogerer, sibi tributum quotannis impendere, ut idē anteā Lithuaniae p̄ multos annos Ruthenis p̄soluerat. Reliqui duces, q; successore Vuitheneo, insidijs

QQ 2 ac

ac subitis eruptionibus inuaseré populos finitimos Brussiæ, Massouïæ, ac Poloniæ, quoad crucigeri, qui sunt equites Teutonici sanctæ Mariæ, uocati in auxilium à Conrado, duce Massouïæ, ui, & armis deuicti, atque oppressi sunt.

Postremo successit Olgerdus, magnus Lithuania dux, qui habuit filium nomine Jagellum, isc⁹ postea sacro fonte ablutus, dictus est Ladislau⁹, & fuit coronatus rex Sarmatiæ, atque hoc pacto ea ditio peruenit ad eos reges, in eunte anno M. CCC. LXXXV I. cū ille, omnes Lithuaniaos ad Christi fidem conuertisset. Vladislaus dedit Prouinciam Lithuaniae, ac Samagithiæ, Alexandro Vitoldo, fratri suo, ex patris latere, qui, cū esset excels⁹ animo, & singulari virtute præditus, his adiecit ducatum Plescouiæ, Nugardiæ, & Smolnensem. Deinde succellerunt alij duces, donec tandem ducatus Lithuaniae transiuit in Casimirum, tertium filium Ladislai Jagelli, regis Poloniæ. Illum ducatum Casimirus per annos quinquaginta obtinuit, & circa finē, Ioannes dux Moscouiæ illi abstulit, sibi⁹ Nugardiæ ditio nem vindicauit. Post Casimirum, dominatus est in Lithuania Alexander eius filius, quartus genitus, cuius quidem tēporibus, idem

ident Ioannes Moscouita, ui ei surripuit principatum Mosaiselem, qui, & longitudo, & latitudine, porrigitur ad septuaginta mille passus. Alexandro uita defuncto, ei successit in Lithuania Sigismundus rex Sarmatiæ, cui Basilius, dux Moscouitarū, abstulit principatum Plescoviæ, & ducatus Smolnensem. Hæ sunt causæ, quibus (uti opinor) factum est, ut inter hos duos potestatus cōtinua bella uiguerint, & quamuis aliae subinde accederent, has tamen præci-  
puas esse crediderim. Diu itaq; inter eos uaria fortuna hucusq; pugnatum est, longumq; foret enumerare strages, atq; incen-  
dia, q; inde secuta sunt, & quotidie sequuntur. Non possum autem silentio præterire insignem illam uictoriam, qua potitus est Polonus anno à partu Virgineo, supra millesimum, quingentesimum, sexagesimo septimo, & XIII. Cal. Augusti. Tūc enim profligata esse dicuntur, decem, ac septem millia Moschorum, supra fluuiū Duuūua, non procul à Vuitepsto, à duce Roman, *Insignis cla-*  
*Palatino Bruslaueensi, præfecto campe-* des Moscoui-  
*stri Lithuanie, regis Poloniæ, ex quibus tarum, duce*  
referunt ad septem millia in acie, partim *Roman, Palas-*  
*cæsa, partim capta, & circiter duo millia in tino Brusla-*  
*aquis submersa.* Duces autem exercitus ueiensi.  
Principis Moschorū præcipui hoc in præ-

lio interempti sunt, uidelicet Petrus Scrbuuus, Georgius Koljous, & Simon Palestus Palatini Moschouiae. Posthuiusmodi conflictum, idem dux Roman obsecrit quatuor millia Moschorum duce Tolmalo, qui quidem Palatinus, auditâ suorû strage, quæ facta fuit spatio aliquot millium Germanicorum ab eo loco, in quo ipse, ex mandato sui Principis, cœperat extruere munitissimum castrum in ditione Lithuanica supra fluuiū Duuiua, se quamprimum fossis atq; aggeribus communiuit. Huius tā insignis uictoriæ occasio hæc suisse perhibetur. Dux Roman Palatinus Bruslauiensis, cum esset in custodia illorum confinium dictionis Lithuanicæ, omnem ansam quærebat, ut Moschos incautos, qui duce Palatino Tolmalo, sui exercitus paucitate contempta, nouam arcem in ditione Lithuanica, eāq; in opportunissimo loco sitam, extruere cœperat, repellere aliqua ratione posset, cumq; intellexisset, ducem Petrum Scrbuuum, cū decem, ac septem millibus equitum à Totmatouio, propter presidium illius castris, ab eo loco, aliquot milliaribus castra sua possuisse, sperans, illū eò securiorem esse, quod nullus ualidus exercitus regis Poloniae, sub id tempus, in illis confinibus reperiatur,

tur, delectu suoru habitu, acceptisq; secum  
circiter mille & quingentis equitibus, ac  
octingentis pedestribus, quos equis rustico-  
rum superimposuerat, querens occasiones  
rei bene gerendæ, primo incidit in sexcen-  
tos Tartarorum, Cosaueg. equites, qui e-  
rant in prima custodia exercitus ducis Sre-  
bruuij. Hos autem, cum Roman tam fœlici-  
ter, ac strenuè profligasset, ut nullus planè  
nuntius illorum clavis ad exercitum per-  
uenisset, excepit captiuis Tartaris, magnam  
esse securitatem in hostilibus castris acce-  
pisset, omni cunctatione postposita, hostiū  
exercitū summa celeritate adortus est, cù-  
que in primo cōflictu dux supremus exer-  
citus Moschorū, Srebruuius, fortiter pu-  
gnando, cum quibusdam alijs proceribus  
interfectus esset, tandem Moschi in fu-  
gam effusi, tam inclytæ uictoriæ occasio-  
nem præbuerunt. Re, tam prosperè, ac fœ-  
liciter gesta, oratores Moschi, qui Groduā  
uenerant, cum ante aliquot dies magno  
fastu, magnaq; iactantia in tractatibus  
pacis uterentur, posteà mitiores effecti,  
multò equiores pacis conditiones Polo-  
nis proponere uidebantur: sed, cum pro-  
illarum conditionum decreto, nihil præci-  
pue in mandatis haberent, ipsi non usque-  
ad eo fidem illis habendam ducebant.

QQ 4 Hacte.

Hactenus, ea tantum recensui, quæ ad plurima bella, eorumq; causas pertinebāt. Nunc aliqua uicissim de alijs rebus interseram, quæ quidem lectori, nec ingrata, nec inutilia futura spero. Dicam autem in primis, quid nam in terra Florida, nec multo post in insula Madera, inter Gallos, atq; Hispanos acciderit. Ut uero hæc omnia plenius innotescant, sermone paulò altius repetito, haud pigebit ostendere, quomodo hæc insula, quā Floridam appellant, ad nostram usq; notitiam deuenerit. Cum, nostris temporibus non sine maximo Dei neficio, diuersa loca, & prouince nobis antea prorsus incognitæ, in Nouo orbe (sic enim communi uoce nuncupant) longa quadam, & inaudita nauigatione deteguntur, ibiq; nostri, partim ui, partim incolarum assentu, nouas colonias introducebunt, plurimi, diuersa tempestate, conati sunt peruenire in quandam insulam Indiæ occidentalis, quæ posteà dicta est terra Florida, hicq; omnes, diu sua spe fraudati sunt, nonnulli metu naufragij, & pleriq; uentorum rabie marisq; sœuitia reiecti. Inter hos autem fuit quidam celebris nauta, genere Venerus, & patria Britannus, cui nomen fuit Sebastianus Cabattus. Hic enim anno Salutis M. CCCC. XCIVIII. fuit missus

missus in eam regionem ab Henrico VII.  
rege Angliae, ut ea loca exploratum iret.  
Hoc idem à quibusdam alijs factū est, nec  
tamen ullus eorum potuit pedem in his  
regionibus figere, nec ea littera, & flumina  
subire, per quę illuc appellatur. Franciscus,  
Galliarum rex, huius nominis I. anno M.D.  
XXIIII. misit ad eas oras quendam celebrē,  
& in re nauali insignem virum ex urbe Flo-  
rentia, nomine Ioannem Verrazzanum, ut  
omni studio, ac sedulitate has insulas inda-  
garet. Hic ergo, duabus nauib. quam op-  
pidō instructis, è portu Diepēsi soluit, atq;  
appulit in hanc terram, ibiq; poli erectio-  
nem in 34. gradibus inuenit, eaq; regio (ut  
deinde retulit) erat bona, & fertilis, ac in  
optima cœli temperie cōstituta. Cūm au-  
tem in hoc primo itinere nō posset ea per-  
ficiere, quę maximē cupiebat, nec ullū por-  
tum ingredi, ob diuersa incommoda, quæ  
subinde nauiganti eueniūt, coactus est re-  
dire in Galliam, ubi ex eo tempore, nun-  
quam desist regem hortari, acorare, ut illuc  
denuò mitteretur, quo tandem impetrato,  
iterum eandem nauigationem suscepit,  
quę tamen huiusmodi euentum sortita  
est, ut reliquis deinceps, parum animi ad  
eam prouinciam adderetur, eaq; de causa,  
hæc tam præclara, & laudabilis prouincia

QQ s dilata

dilata est usq; ad annum M.D.XXXIIIIL quo  
quidem præfatus rex illuc denuò legauit  
quædam alium nomine Iaques, oriundum  
ex citeriori Britannia, in oppido, quod Sā-  
malum uocant, optimum sanè, ac peritissi-  
mum nauclerum, & præfertim in plaga bo-  
reali, quam uulgo Terram nouam appel-  
lant. Is autem certam omnino spem conce-  
perat, se inuenturum aditum ex ea parte,  
qua p' stmodum penetraret in mare meri-  
dionale, sed quoniam illo primo itinere hoc  
absoluere nequuerat, proximo anno re-  
diit cum Rebetuallo, qui ambo eadem na-  
uigatione suscepta, in hanc Insulam appu-  
lerunt, ibiç construxere nonnulla edificia,  
quæ incolerentur, ac erexere insignia Gal-  
liei regis in parte boreali, & in oppido, qd'  
eorum lingua dicitur Canadas, uel Chelag-  
za. Postremo, quidam alij eiusdem gentis  
homines, inter quos fuerunt etiam pluri-  
mi ex nobili genere, cum auditate noua-

*Plurimi ex Gallicanobi-  
litate, suauo  
Gaspari Castilionei, Gallicæ classis  
præfecti, consilio, & authoritate adducti,  
ex communī consensu eandem profectio-  
nē instituerunt. Itaq; his omnibus quæ ad  
eam expeditionem attinere iudicabāt, ricē  
dispositis, anno à Christiana salute LXIII. &  
XII. Cal. Martij, nacti prosperū iter, soluerūt  
Floridam.*

15653

ē Nouo

e Nouo portu cum duab. nauibus, hisq; &  
 uiris, & omni bellico præsidio cōunitis,  
 uela Euronoto, qui tū slabat, explicuerūt.  
 Hic uero paucis dieb. immutatus, totusq;  
 illorū nauigationi cōtrarius, effecit, ut ma-  
 ximiſ factati, procellis, & ob id naufragiū  
 ueriti, se tandem in Armoriam reciperent  
 iuxta Brest, oppidum marítimum, ibi q; ad  
 biduum commorati sunt. Cū autem inte-  
 rea, maris ſequia remitteret, iamq; aura be-  
 nignior afflaret, qui reliquorum dux erat,  
 quendam nouum curſum, & hactenus in-  
 tentatum, per obliquum excogitauit, ui-  
 delicer, traiſciendo mare Oceanum, ad mi-  
 nimū 1800. Galliſ milliaribus, qui ſanè Quæ ſit optima  
ma nauigatio  
 cursus ex Gallico littore ſoluentibus, quo-  
 uis alio nunc breuiter, ac tutior censetur, ex Gallia in  
ueteri eorum ſententia reiecta, quæ diu a Terra Fl-  
ridam.  
 pud eam nationem inualuerat, nunquam ridam.  
 ſcilię et illuc perueniri poſſe, niſi per Africā,  
 uersus insulas Canarias, & Maderam, uer-  
 ſusq; insulas Artilias, & Lucayas, in quib.  
 paululū cōfideret, donec aquatū irēt, aliaq;  
 ſibi opportuna proſpiceret, ut faciunt Hi-  
 ſpani, euntes in nouam Hispaniam, nec e-  
 tiam ingressi ſunt ſinum Bachia, per quod  
 iſpi omnino tranſeundum existimārant.  
 Id autem ab eis idcirco factum eſt, ne transi-  
 ret per insulas Hispanorū, tum ob plurima  
 incom-

incommoda, quæ accidere solent, multaqe  
dissidia, & quærimonias inter utramque  
gentem, tum etiā ut ipſi intelligerent, hanc  
nouam Galliam à ſe inuentam, nihil ad eos  
pertinere, ut reliquæ insulæ à ſe reperte. Hi  
ergo ſuam nauigationem longè alia ratio-  
ne prosequiti, tandem pridie Calen. Maii,  
primaque aurora, prospexere quendam fi-  
num oris marimqe iuxta continentem, am-  
pla quandam longitudine, totum undicqe  
innumeris arboribus eximia quadam pro-  
ceritate, & pulchritudine coopertū, & ſe-  
ptem uel octo mille passibus Gallicis à lit-

Quæ regio à tore, diſtantē. Regio uifa eſt plana, & mini-  
Gallis primò mē accluſis, atque inde quatuor, uel quin-  
conſpecta, & que milliaribus propiores facti, iecerunt  
quomodo ap- anchoras in mare, in quo, aquæ altitudo  
petuata fit. erat decem paſſuum, & ipsius fundum erat  
plenum glarea ex parte meridionali cuius-  
dam terræ, ſitæ instar linguae, ſeu promon-  
torij, in altitudine uiginti nouem graduū,  
& dimidiij, quem locum appellarunt Ca-  
put Gallicum. Inde miserunt paruam na-  
uiculam cum peritissimis naucleris, qui  
loca uicina flumini, ſedulò ſpecularentur,  
hiç paulo post meridiem reuersi, nuncia-  
runt, ſe aquam inueniſſe in littore, quæ  
altitudine, quinque paſſibus emeget. Hoc  
ubi audirent, collectis anchoris, & carbaſis  
proprio

proprio uento expansis. totum reliquum  
diei, cum ingēti, cuiusdam suauissimi odo-  
ris, & loci amoenissimi uoluptate adnauig-  
garunt. Quoniam, uero nullum portus ue-  
stigium apparebat iterum circa solis occa-  
sum anchoras iecerunt, moxque proxima  
loca intuiti, undiquaque taciti, nec sine ad-  
miratione, insignem ac elegatam ordinem  
eorum nemorum, quibus, ueluti margini-  
bus, hanc regionem omnium rerum parēs  
Natura, initio suæ creationis preçinxerat,  
contemplabantur, moxq; anchoris solu-  
tis, rursus uela explicuerunt, quod, priusquā  
nox imminerent, paulò ulterius adnauiga-  
rent, nec multò post, per amœna facies ma-  
ximi cuiusdam fluminis, eorum oculis ob-  
lata est, indeq; factum est, ut ea nocte iuxta  
continentem subsisteret, quō manē, liqui-  
dius appareret, quidnam esset, ac interim  
per aliquod spatium temporis notus ma-  
ximoperè in littus afflauit. Proximo die,  
quo fuerunt Calendę Maij, ut primum au-  
rora exorta est, duobus nauigij, quæ re-  
mis agebantur, peregregie instructis, hūc  
portum ingredi tentarunt, & in ipso aditu  
parum aquæ cernebatur: sed postea ulte-  
rius profecti, aquæ altitudinem ad quin-  
que, uel sex passus inuenere, ac fluuii & spe-  
cie, & profunditate admodum insignem  
ingressi

ingressi sunt, isq; cum latitudine subinde  
altior uisus est, uarijsq; arborum generib.  
undiq; cingebatur. Huc itaq; ingressi, ui-  
dere magnum numerum Indorum, qui  
absque ullo metu, ac pauore, illis obuiam  
ueniebant, & propiores facti, locum, quod  
ipsi commodius appellerent, benignè, ac  
humaniter ostenderunt. Nostri contrà, nu-  
tu, externisq; signis, omnem societatem,  
atq; amicitiam eis offerebant. Deinde qui-  
dam inter illos pulchriori aspectu, qui erat  
uel regius frater, aut eorum dynasta, uni ex  
stantibus præcepit, ut ē uestigio flumen  
ingressus, lenunculo appropinquaret, lo-  
cumq; opportuniore, per quē illuc descen-  
di posset, indicaret. Ipsi, hoc animaduerso,  
citra ullam moram, & difficultatem, appli-  
cauerunt, uiaeque monstratori speculum,  
& quædam alia munuscula, quæ quidem  
erant exigui ponderis donarunt, isq; pro-  
tinus ad suum herum accurrit, qui eis, ui-  
cissim, ut aliquid studij, ac benevolentiae  
testimoniu[m] præseferrent, misit suam zonā,  
confectam ex rubro corio, & pulcherrime  
contextam, dumq; reliquorum preselectus,  
eodem cotenderet, is uenienti, obuiā pro-  
cessit, eumq; humaniter exceptit, ac idē fe-  
cerunt qui secum uenerant, eumq; summo  
quodā silentio, & modestia lequebātur, &  
multo

Multo etiā maiori, quā à nostris fiebat. Vbi  
uerò amicē, atq; amāter, alter alteri gratula-  
t̄ est, nostri paululū ab eis digressi, sese hu-  
mi p̄strarūt, manib⁹ q̄ in cœlū porrectis,  
diuinū nomē inuocarūt, & Deo gratias ege-  
rūt, simul q̄ precati sunt, ut eadē clementia,  
& bonitate sibi in posterum adesset, eam q̄  
nationem nostrę fidei expertē, sui nominis  
cognitione illustraret. Dū his precib⁹, inten-  
dūt, ipsi assidentes humi, q̄ undiq̄ laureis  
ramis exornarant, eos taciti intuebātur, &  
auscultabāt, curaq; is, qui reliquis pr̄gerat,  
bracchio in altū erecto, soloq; indice exte-  
so, regi uellet innuere, ut in cœlū oculos fi-  
geret, ille uicissim bracchio porrecto, duos  
digitos explicuit, quib⁹ innuere uidebatur,  
se, sole, & Lunā, p̄ dijs adorare, uti postmo Incole huic  
dū re ipsa cognitū est. Interim eorū nume- loci, Lunam,  
rus augebatur, & illuc etiā accessit rex, illis & solem pro  
frater, q̄ prim⁹ ad eos uenerat, huiusq; ma- Dīs adorant.  
ter, uxor, sorores, ac liberi, omnibusq; in  
unū coactis, plurimos ramos ex lauro ab-  
scindi iussit, eosq; in loco aptari ubi asside-  
ret, isq; circa duos passus ab eis distabat, cū  
eorū usus, & cōsuetudo sit, ut sedēdo mu-  
tua colloqa inter se habeāt, & cōmercia ex-  
erceāt, quicq; reliq; annorū numero, uel au-  
thoritate p̄cedit, segregatur à multitudine,  
magnūq; obseqū preferūt erga suū regē,  
seniores,

Reget, ac seniores, & aliqua dignitate superiores.  
 Indos maxima obseruatio voluntur.  
 Indi quomodo incedat, & quali sint figura & moribus.  
 seniores, & aliquia dignitate superiores.  
 Ipsi omnes nudo corpore incedunt, & statura sunt adeo egregia, tamquam ualida, & uenusta membrorum constitutione, quam  
 quævis alia natio, & summa quadam facilitate, naturæque bonitate prædicti. Maior pars eorum tegit renes, & partes uerecundiores pulchris quibusdam pellibus ceruinis, quas, ut plurimum, uarijs colorib. de-  
 pingunt. Partem uero corporis anteriore, & lacertos, pingunt eleganti quodam artificio coloris cærulei, rubri, & nigri, tam scite, atque oppositè, ut peritissimus quisque pector. in Europa nihil omnino inueniret,  
 qd' in eis merito reprehenderet. Mulieres uelant sua corpora quibusdam herbis, quæ assimilantur Musco, quo quidem, cedri, & omnigenæ arbores, ibi perpetuò amiciuntur. Viri, ut se intuentibus magis placeant,  
 uarie seipso adornant: sunt colore subfuscō, nāso aquilino, & amabilis aspectu. Fœminæ autem sunt eleganti facie, ac modestia, nec sinuunt aliquem ad se proprius accedere. Illorum ædes non sunt ingressi, quia procul aberant. Hunc uero fluuium,  
 qui est in parte Septentrionali, appellatur  
 Flumen Maij flumen Maij, quia Cal. Maij fuit inuentus.  
 cursus appell. Cū itaque iam posterior pars diei peracta esset,  
 latum. mutua gratulatione facta, & amicitia inita,  
 regēb̄s

regēq; ac eius fratribus, donatis quibusdā Indi nostrorū  
 uestibus, ex panno cærulei coloris, quæ fla- discessu uches  
 uis lilijs undiquaq; contexebantur, se ad menter dole-  
 discessum parabant, ipsique hoc uidentes, bant;  
 haud sanè mediocriter illotū abitione do-  
 lere uidebantur, & plurimi eorū; quin po-  
 tius maior pars, ingressi sunt aquam, quæ  
 illos ad collum usq; attingebat, ut eorū nā  
 uīgia cōmodius in altiore fluminis partē  
 pplerentur, idq; faciebat quibusdā crati-  
 bus iuncets, mira quadā arte, ac solertia in-  
 uicē cōnexis. Inde igitur abeuntes, amneq;  
 triecto, ad alteram ripam, quæ ipsis eratē  
 regione, haud sine difficultate peruenēre,  
 ut reliquos Indos inuiserent, à quibus etiā  
 perhumaniter excepti sunt, & nostris dede-  
 runt ex fructibus, quos tūl in itinere col-  
 legerant, uidelicet, moros, fragra, & his cō-  
 similis, prout se obtulerant. Paruula mo- Apud Indos  
 ra interiecta, uenit ad eos illorum Rex cū sunt perissi-  
 suis fratribus, qui gestabāt in manib; ar- mi sagittarij  
 cum, & pharetram, earumq; usum optimē  
 callebant, idq; propterea factum est, ut co-  
 rā eo ius militare tuerentur, isq; mira qua-  
 dam maiestate incedebat. Erant nudo cor-  
 porē, ac picto, ut reliqui. Cæsariem habe-  
 bant prolixam, & collectam ex gramineo  
 ligamine, ac in uertice deuinctam, sualque  
 coniuges, ac liberos, domi reliquerant.

RR Post.

Postquam ibi aliquandiu mutua congratulatione substitissent, eisq; nonnulla leuioris mometi munuscula elargiti essent, regic; ac germanis fratribus eadē uestes donassent, quas prioribus ex altera parte ripæ, accurate, ac taciti eam regiorē intuebantur, eamq; quoquo uersus, frugiferam, longeç; amoenissimam conspiciebant, nec non referiam plurimis ueriationibus sylue fratrib. aucupijs, roborarijs, saltibus, ac remorsibus culisuis generis, palmis, cupressis, cedris, lauris, & altissimis uitibus, quarum pampini citra ullius admiringulū, usq; ad summitatē queruolum, & aliarum arborum, quæ sunt ingenti quadam proceritate, atq; crassitie, porrigebantur. Pratorum, & locorum palustrium facies, undiqueq; uenustissima cernebatur, hicq; referuntissimi erant gruibus, anatibus, & reliquis uolatilibus aquaticis, ipsalq; regio abūdar ceruis, damis, capreolis, apribus, & reliq; agrestibus armentis, ut ipsi apertissime cognouerūt, cum ex eorum uestigijis, tum ex uoce, & clamore procul audito. Sunt etiā apud eos cuniculi, lepores, & galli Indici, in maxima frequentia, multoq; grandiores, ac melioris gustus, quam nostrates. Habet etiā bombices (utq; uno uerbo singula cōpletar) dici nō potest, quot ea Regio cōmodi

*Hac est amoenissima Regio.*

moditates pariat, & solū etiā nullo uome-  
re scissum, tamē pducit omnia conformia  
suae primae naturae, qua eā Deus initio creā-  
rat. Iuxta illorū ædificia, & terra paululum  
exculta, superseruit fabas, cucurbitas, cucu-  
meres, limones, pīsa, multaq; alia diuersi  
generis legumina, & radices nobis incogni-  
tas, eorūq; gladij, & clavæ, sunt ex ligno, tā  
egregiæ fabrefactæ, ut nihil suprà easq; po-  
lit quibusdā lapillis, ac testis ostreorū. Ex  
poliūt etiā suos arcus, & breuiores hastas,  
omneq; genus ligni, quo utuntur in ædifi-  
cijs, alijsq; usib. opportunis. Ibi quoq; fœ-  
liciter adolescunt iuglandes, cerasa, pruna,  
& poma uarij generis, ac eximia cūm for-  
ma, tūm bonitate. Quid plura! Inueniunt  
in his locis eadem legumiua, herbas, & fru-  
ctus, quos habet Gallia, eiusdemq; boni-  
tatis, gustus, ac saporis. Homines autem  
sunt ualde robusti, & agiles, optimiç sagit-  
tarij. Nerui, quibus eorum arcus intendū-  
tur, sunt coriacei, eorumq; sagitte, ex arun-  
dinibus, quarum acies, quorundam pisciū  
dērib. præmuniuntur. Interrogati de quadā  
urbe, q̄ dicta est SEVOLA, de qua nōnul-  
li scripserūt, eā scilicet haud pcul ab eis di-  
stare, & sita ad mare meridionale, nūtu re-  
spōderūt, quē ipsi pbcē intelligebāt, illuc da-  
ti aditū nauigjs p flumina spatio 20. dierū.

RR 2      Qui

SEVOLA.

Qui de hoc Regno, & urbe SEVOLA,  
deq; alijs regnis, & finitimis oppidis, aliquid  
memoriae mandarunt, afferunt, ibi esse ma-  
gnam copiam auri, & argenti, gemmasque  
praeciosas, & miram rerum omnium opu-  
lentiam, ipsosq; indigenas solere suas sa-  
gittas ferro in acie, more Turcico, praetinu-  
nire: at quoniam diei iam extremum erat,  
ratio q; suadebat, ut priusquam cœlum te-  
nebris inuolueretur, se ad naues tutò reci-  
perent, abeundi ueniam petiere, qua qui-  
dem impetrata, discessum est, nec sine illo-  
rum dolore, & maiori quoq; discedentiū,  
quippe qui non poterant perducere suas  
naues in eum fluuium, ob tenuem altitu-  
dinem, quæ est in ipso ingressu. Licet au-  
tem, non sit mos apud eos, quicquam ede-  
re, uel bibere, ab ortu solis usq; ad occasum,

*Mos Indoru  
in cibis capi-  
endis.*

• eorum tamen rex uoluit unā cum nostris  
bibere, ac eos obnixē orauit, ut sibi dona-  
rent poculum, in quo ipsi biberant, eiq; nu-  
tibus significarunt, se proximo die reditu-  
ros, & se interim ad naues receperunt, quæ  
quidem sex mille paſibus ab ostio flumi-  
nis aberant. Manè inalbescente cœlo, illuc  
iterum reuersi sunt cū præfectis, militibus,  
generosis, alijsq; comitibus, & secū detule-  
runt columnā ē solidō lapide, in qua erant  
*Columna e-  
reclā apud M  
dos. cum insi-  
gnibus regis  
Galliarum.* insculpta insignia regis Galliarū, ut eam in  
ipso

ipso littoris aditu erigerent in aliquo editiori loco, unde facile prospiceretur, & ipsi prius, quam indigens, illuc aduenissent, ex parte fluminis meridionali uidere quendam locum ualde huic rei opportunum, super colliculo, quem undique exornabat cupressus, lauri, palmæ, aliaeque arbores flagrantissimi odoris, & uirgulta in medio, atque ibi primum limitem, siue signum regium, ex unanimi consensu erexere.

His peractis, cum primi illi, quibus cum antea fuerant, eos prospicerent, properato itinere ad eos, uti promiserant, accessere, quod sanè haud parum displaceuit incolentibus oram meridionalem fluminis, ubi prædictam columnam exerant, qui prestatoli eodem in loco, ubi superiori die simul conuenerant, dixerunt, intercedere nonnullam simultatem inter se, & illos, & cum nostros in eo colle nimis longam momram trahere animaduerterent, accurrerunt, uisuri, quid'nam esset in causa, cumque columnam ibi erectam conspicerent, per multum spatij eam taciti cōtemplabantur, nec attingere ausi sunt, nec etiam super hoc ullum uerbum edidere. Interea uix inde abiire poterant, primisque ualde indolebat, magnum strepitum cientes tota illa ora fluiali, eisque offerebant pelles ceruorum de-

RR 3 pictas,

pictas, poma exigua, placentulas, recentem aquam, & quasdam radices persimiles rhabarbaro, quas plurimi faciunt, ac ex his consciunt quoddam genus potionis, in usum rei medicæ. Attulerunt etiam quasdam sacculos tincturæ rubræ in quibusdam paruis frustulis, quæ assimilabantur minio, & apud eos videbant non metalla uarij nulla summo artificio depicta, ex uiridi, & generis, gemmas, & unio-  
 nes inueniri. bantur minio, & apud eos videbant non metalla uarij nulla summo artificio depicta, ex uiridi, & purpureo colore, nutuq; indicabant inesse in sua regione aurum, argentum, plumbū, & alia huiusce generis metalla, Cyanas gemmas, quas modo Turcicas appellant, & maximam copiam Margaritarum, quas eliciunt ex ostreis, quorum per omnem ripam tanta est ubiq; copia, ut uix credi possit, requie ipsa cognouerunt, uix ullibi pulchiores gigni, pluresq; numero, & frequenter. Nam ipsi uiderunt quandam ex eis gestantem monile ex auro, & argento contextum, in quo erat unio magnitudine ad minimum instar glandis. Cum is autem cœpisset nonnullos pisces in cistula ibi asservata, intq; nostram scapham deferret, quidam ex nostris, eorum unionum specie, ac mole perspecta, propius accessit, ut ipsos attingeret: at is repente sese inde prorupit, nec amplius ad nauem accessit, nonqua metueret, ne ab eo sibi monile abripere tur,

tur (nam hæc omnia dedisset compensatione unius speculi, uel gladioli) sed quoniam timuit, ne in eam inuito animo pertractus, aliò transferretur. Is erat unus ex pulchrioribus, qui ibi aderant: sed quia major pars diei iam desierat, illinc abire cogebantur, licet admodum inuiti, ob plurima commoda, & amplias diuitias, quibus ea Regio affluebat, & quæ ab eis facilè haberí potuissent.

Ipsi tamen cupiebant, quod reliquum erat diei, transigere cum alijs, qui meridio Indi Meridionalem ripam incolebant, ut illis antea prosonales miserant, & à quibus audiissimè expectabantur. Hunc itaque traçientes, humanissimè fuerant excepti, eorumq[ue] faciem uiderunt ornatam nouis picturis, & capita uarijs plumis conspicua, omnesq[ue] decenti ordine astabant. Illorum rex, arcum, & pharetras in manu gestans, humili aureis frondibus exornatae, assidebat, & in medio duorum fratrum, qui ambo erant procero, & uenusto corpore, ac eleganti uultu, & agilibus membris, & in capite crines, quibusdam pilis sylvestribus in sublime levinatos, atque instar diadematis contextos, gerebant. Horum alter habebat monile, quod erat ex lamina rubri æris, ualde expolita, cum quadam alia minori

ex argento, in eius medio, & in auribus, quasdam Lamellas ex ære, quibus immunitatem illuc defluentem, ac etiam sudorem ex corpore, solent abstergere, ac eis indicarunt inesse magnam copiam illius metalli, ultra quinque aut sex dierum iter, tam ex ripa boreali, quam meridionali eiusdem fluminis, quo solerent proficisci suis nauiculis, confectis ex trunco arboris, tanta industria, & arte, ut quemvis earum sit capax quindecim, vel uiginti hominum, euntque magna celeritate, & remigantes stant erecto corpore, illorumque remi sunt instar paxilli. Vbi ad eos uentum est, obtulerunt farinam conditam, & decoctam, quæ quidem erat optimi saporis, & alimento, ac etiam fabas, canceros, conchilia, conchas, & alia genera bonorum piscium, ac innuebant, suas ædes procul inde abesse. Quod si uiciniiores fuissent, haud dubie commeatum, & reliqua, illorum usui opportuna, perhennigere suppeditassent.

Interea, die iam ad uesperum inclinante, ad naues, etiam inuiti, redire compulsi sunt. Nec enim audebant cum eis amnem ingredi, ob siccitatem Sabuli, quod erat in ostio fluminis, super quo etiam in ipso mari fluxu, tantummodo sunt duo passus

Quomodo  
Indi conficiat  
suas nauicu-  
las.

sus aquæ cum dimidio, & huiusmodi sic-  
citas non admodum extenditur. Nam si  
quis paulò ulterius progrediatur, unde-  
quaque inueniret 6. aut 7. passus aqua-  
rum, unde sit portus ualde commodus, ac  
elegans, nauesque minoris oneris quæ sint  
octoginta, vel centum eadorum, illuc in-  
gredi possunt, quolibet fluxu Oceani, &  
maiores etiam subirent, si Galli ea loca in-  
colerent, qui littoris aditum suo more ex-  
purgarent. Regio sita est in 30. gra-  
dibus poli arctici, habetque clyma bonum,  
salutiferum, & in optimâ temperie, atque  
amoenitate constitutum. Indigenæ sunt  
comi, & facilî natura, lubensque humani  
alicuius Principis Imperio parerent, &  
paulatim ex eis cognosci posset, ubi nam  
eliciatur aurum, &c. Cyanis lapilli, & plera-  
que alia illis incognita, ob temporis bre-  
uitatem, quo apud eos cōmoraūt sunt, Nam  
si quis eos paulò scuerius tractaret, ipsi hac  
& illâc aufugerent, suisque penatibus reli-  
atis, continuo se in loca saltuosa reci-  
perent.

Cum nostri V. Non. Mañ, omni cu-  
ra, & studio cuperent inuenire aliquem lo-  
cum, in quo naues tutò confisterent, uela  
explicuerunt, & nauigantibus iuxta ri-  
pam, quam proximè fieri poterat, circa

RR 5 Septem

Septem gallica millaria ex fauicibus Maij  
fluminis, apparuit magna conjectura cu-  
siusdam alterius fluuij, & propterea cōscen-  
dere actuarium nauigium, illudq; remis  
propellentes, inuenierunt ingressum, haud  
sanè dissimilem fluminis, de quo prius di-  
ctum est, & intus, aquas itidē profundas,  
& amplas, quæq; diuiduntur in plures, &  
varios sinus, magna latitudine, indeq; sūt  
plurimæ insulæ paruae, ac maiores, ibique  
ingēta prata, eacq; maximè uirētia cernun-  
tur. Cūm uero ad tres mille passus pgressi  
essent, in quodam loco ualde opportuno,  
munito, & per amoenō, inuenēre quosdam  
Indos, à quib. per humaniter excepti sunt,  
& quia erant uicini eorum ædibus, ægrē  
ferre uidebantur, ut aliquis eas introiret, i-  
deoq; magna quadam uociferatione cum  
uxoribus, liberis, omnīq; supellectile, in  
proximos locos aufugerūt, domos uacu-  
as reliquentes, quas postea non curabant,  
si quis eas ingredieretur. Hę autem sati-  
commodē construuntur, & tignis erectis,  
& maior earum pars tegitur paruis qui-  
busdam arundinibus instar tentorij: sed  
inter alia ædifica, uiderunt quoddam ual-  
de amplum, summaq; lōgitudine, cooper-  
tum iisdem arundinibus palustribus, quæ  
eleganti quodam artificio, & colore simul  
con-

Indorū edi-  
ficia quomo-  
do cōstructa.

connexæ, ad uarios etiam usus aptabantur. Cùm quidam ex eis animaduerteret, *Hortoru cul-*  
noscros, nec illorum ædibus, nec hortis, in tura apud  
quibus excolendis haud mediocrem ad- m̄dos.  
hibent diligentiam, ulla ex parte incom-  
modasse, redierunt ad eos, priusquam sol-  
uerent, atque hilari uultu aquam sub frigi-  
dam, & recentem, omnigenos fructus, pel-  
lesq; ceruinæ, exhibueront. Hæc regio  
est ualde ferax, habetq; solum ita pingue,  
ut uerissimè uideatur, illud bis etiā in an-  
no triticum, & fruges cuiusvis generis ad  
maturitatem perducturum. Reliquæ uero  
commoditates, ac spes maiorum diuitia-  
rum, quæ inde haberi possent, sunt persi-  
miles his, quas prius inuenierant, & obser-  
uarant in flumine Mañ, atq; ibi per longū  
sinum maris mērces tam magnis nauigijis  
ad uehi possunt, quā in Maio, nec opus est  
nauigationem in altum Oceanum proten-  
dere. Hoc mare diuiditur in uarios sinus,  
atq; inde fiunt plurimæ insulæ, daturq; cō-  
moda nauigatio ex una in alteram, ipsaq;  
regio appellatur CICORA, de qua multi Regio CL  
scripserunt, eamq; plurimi summo studio, CORA, &  
& labore inuestigarunt, propter amplias plurimis in-  
opes, ac diuitias, quas ibi inueniri, ab Indis degata.  
cis cognitum est. Sita est in optimo, ac sa-  
luberrimo clymate, adeò ut nemo ex his,  
qui

qui eò profecti sunt, licet anni tempus fo-  
ret in maiori æstu, & quum sol per signum  
Cancri inambulat, uel minima egritudi-  
ne laboraret. Ibi homines quām diutissi-  
mè uiuunt incolumes, & in continuo ro-  
bore corporis, & qui sunt ætate prouectio-  
ri, non solum non innituntur baculis, ue-  
rūmetiam summa quadam & incredibili  
dexteritate cursus, unā cum iunioribus cer-  
tant, nec apud eos ullo alio inditio, quām  
rugis facies, & aliqua oculorum debilitate  
senectus dignoscitur. Valde amāter utrin-  
que discessum est. Sed quoniā nox, & ma-  
ris aduersa nauigatio superuenit, nostri ad  
sua nauigia redierunt, in quibus mansere  
usq; ad diluculum sequentis diei. Hunc  
autem fluuium appellant Segnanam,  
quia in ipso ingressu est pari amplitudine  
cum Nouo portu, in Gallia. Proxima lu-  
ce, uiderunt ex parte meridionali, iuxta la-  
cum, quoddam pratum longè pulcherri-  
mum, & amplissimum, supra quām dici  
possit, in cuius ingressu inuenierunt uesti-  
gia ceruorum, & damarum, quadā insolita  
magnitudine, erantq; recentia, & omnino  
credibile videbatur, hæc ali ab indigenis,  
ut apud nos armenta, quia obseruarunt e-  
tiam uestigia cuiusdam Indi ea insequen-  
tis. Altitudo, & profunditas huius flumi-  
nis

nis est sita è regione prati, quod est in Insula Maij. Eversi ad naues, explicuerunt uela, quo ulterius progresi, alia loca indagarent, & cursum nauigationis dirige bant per illum sinum maritimum iuxta litus, quoad uicinius fieri poterat, cumquie iam ad sex, aut septem mille passus nauigassent, uiderunt alium sinum, ubi secerūt anchoras, atq; ibi totam noctem commorati, cùm diluculo in eum ingredi cuperet, non sunt ausi hoc tentare maioribus nauibus, ob exilitatem aquarum, quæ in aditu cernebatur. Hoc flumen, Sabín appellauit, quod sanè ultra spatium unius mil· liaris habet 9.10. & 11. passus aquæ, & diuiditur in multos riuulos grandiores, qui partiuntur eam regionē in plures, uariasq; insulas paruulas, & maiores, cum uenuſſimis pratis, & pascuis, & tanta est ubique piscium copia, ut incredibile uideatur, & in ora occidua est fluuius ualde magnus, qui hunc sinum ingreditur. Hæc Regio abundat commodis littoribus, atq; fluuijs, & insulae ea sunt fertilitate, quæ nemo unquam uebis posset exprimere, & huiusmodi sunt, ut ibi quam breuissimo spatio plurima, & ingentia commoda reperi possent.

Præterea, inuenierunt septem alia flu· mina

mīna, tam pulchra, & ampla, ut diuidant  
ēam Prouinciam in plures Insulas, idone-  
as ad producendum Zaccharum, & quæ-  
uis alia, quæ ibi homines plantare, & con-  
serere uellent.

Hic undiquaque sunt pīni, abietes, &  
innumeræ arbores, summa quadam pro-  
ceritate, summaq; fragrantia; sed quoniam  
suis itatibus illuc ingredi nequibant, no-  
tuere ulterius pergere, quia norāt, in quo  
pericula inciderant, qui naues, absque pe-  
ritis gubernatotibus, ac præfidis, procul  
a continentī reliquerunt. Quod autem ad  
alios fluuios attinet, indiderunt eis nomi-  
na infrascripta, & insulis, quæ illis erant  
proximæ, idem nomen, uidelicet: Quar-  
tum flumen appellarunt, Ligerim, Quin-  
tum, Charētam, Sextum, Garumnam, Se-  
ptimum, Pulchrū fluuium, Octauū, Flu-  
men magnum, Nonum, Portum regium,  
Decimum, Pulchrum uisu. X V I I . Cal. lu-  
nij, cum res postularerit, ut aliquam tutam,  
& commodam stationem inuenirent, in  
qua naues locarent, easq; reficerent, ac ex-  
purgarent, simulq; ut aquarentur, & sibi  
ligna, nouaque subsidia, usui opportuna  
prospicerent, rati, nullum sibi magis op-  
portunum fore, quam regius portus, e' ue-  
stigio

stigio hunc, preter multorum opinionem, suis nauibus c̄itra ullum discriminem ingressi sunt, cumq̄le optimum, ac tutissimum inuenere. Illud tamen haud sanè omittendum est, uidelicet, quis huic littori ad septem mille passus iuxta continentem appropinquant, obstupescere, ac etiam per terrefieri, cū ab Orientali plaga, ea parte, qua Eurus perflat, terrenum sit summa siccitate, moxq̄ue ad fluxum Oceani, ubique ad dextrum latus, aquam inueniant supra quatuor passus ex creuisse.

In hoc portu, sunt multi sinus maritimi, præalti, atque ampli, & undiquaque armes mediocri magnitudine, in quibus c̄itra periculum queuis nauigia possent suum cursum confidere.

Circa hæc littora, & fluvios, nullus est indigena uincitor deceim, uel duodecim milliaribus infra terram, licet ea loca sint longe amoenissima, & ualde fertilia, maximaq̄le insit aquarum salubritas, & pisces copia, qui absque reti, uel hamo, capituntur, & quot numero libeat.

Is est etiam innumerabilis copia uolatilium, cuiusvis generis, & in parua quadam insula in huius littoris ingressu, ex parte Orientali, est tantus numerus quæ-

quarundam auium, quæ sunt nivis pen-  
nis (uulgo Egretti) ut omnia uirgulta eis  
canescant, & contegantur, adeo ut ex iuni-  
oribus manu capi queant, quot quispiam  
secum ferre possit. Inest etiam ingens nu-  
merus uolucrum aquatilium, & qui sunt  
minori magnitudine. Hic magis, quam  
ullibi, ḡes Indica uisa est pauida, & nostro-  
rum hominum dissidens. Verū tamen,  
ubi eorum ædes intrarunt, & habita est mu-  
tua gratulatio, atque aliquid humanitatis  
exhibitum in eos, qui suos lntres deseru-  
erant, nihil attingendo ex his cibis, quos i-  
psi anteā pro se parabant, & modica supel-  
lectile, quam ibi aufugiendo reliquerant,  
nec non paruula quædam munuscula eis  
largiendo, ut potē, speculum, cultrum, &  
nonnulla instrumenta uitrea orbicularis  
formæ, quibus apud plærosq; oratio Do-  
mīnica numerari solet, quæ ipsi statim a-  
ptabant collo, & auribus, dabantq; suis u-  
xoribus, ac filiolis, post inquam hæc huma-  
nitatis officia, in eos præstata, omni metu  
deposito, quidam ex eis uenerunt ad illo-  
rum cimbam, ex quibus erant duo robu-  
stissimi, & corpore admodum dextro, ac  
tenusto, quos ipsi ad suas naues perduxe-  
runt, nouisq; uestibus indutos, humanis-  
simè tractabant. Sed ipsi perpetuò con-  
que-

querebantur, & tandem ausu gerunt. Hic ex quorundam sententia, est fluuius Iorda *Fluuius Ior-*  
*nus, de quo nonnulli tam multa dixerunt, qui danus.*  
 sane aspectu iucundissimus est, & regio i-  
 psa ualde frugifera, & incredibili commo-  
 ditate abundat. XI. Calendas Iunij ere-  
 xerunt aliam columnam, cum insignibus  
 regis in Australi plaga, in loco editiori, &  
 per amoenum, ac in aditu cuiusdam fluminis,  
 ualde ampli, & profundi, quem appellau-  
 runt Liburnum, ubi est lacus aquae recen-  
 tis, & gustui dulcissimae, & in eodem latere  
 paulo inferius ad ingressum portus, exilit  
 fons, cuius aqua est mirae bonitatis, quae  
 quidem cadit cum ingenti vi ex alto loco  
 in flumen, & surgit ex terra rubra, & sabu-  
 losa, quae tamen est ferax, & in bona tem-  
 perie, prout colligi poterat in his locis ex  
 eleganti aedium structura, quae ab eis inco-  
 luntur. His cuiderunt quandam uitem tan-  
 ta magnitudine, & crassitatem, quanta se nun-  
 quam ante uidisse inmeminerant, & in ea  
 peridebant racemi ux, quae nondum ma-  
 turuerat. Cum itaque considerarent opulen-  
 tiam, & multiplicia commoda, quae inde  
 in Galliam transuehi possent, haud ab re-  
 fore iudicarunt, si post discessum, ibi aliquot  
 ex suis comitibus relinquerent, qui muni-  
 tiones instituerent, atque utilia prospicerent.

SS

Nec

Nec enim quicquam in noua aliqua re-  
gione occupanda, magis operæ pretium  
uidetur, magisq; opportunum, quâm ut  
initio propugnacula erigantur, eaquæ no-  
tiis colonijs populosa reddatur, quæ qui-  
dem ratio, est uera, & certa illius possessio.  
Nec sanè id factu difficile fuit: siquidem  
nemo erat, qui non sponte, ac lætissimo a-  
nimō id exposceret, adeo, ut non sine ma-  
gna difficultate, quorundam importuni-  
tati obuiam iretur, & præcipue ductorum  
nauium, & sine quibus, nullo modo in pa-  
triam redire potuissent. Quocirca ibi reli-  
quere nonnullos ex bona, & ueteri fa-  
milia, ex militibus, & nautis, qui hoc sum-  
mis precibus urgebant, idque factum  
est ex communi consensu, & his præfe-  
cerunt Albertum de Pieua, virum stre-  
num, & in bellicis rebus ualde exercita-  
rum, qui hoc in primis contenderat, &  
iam in animo habuerat, arcem construere  
in quadam parua insula, loco ualde oppor-  
tuno, super flumine, quod ipsi uocarunt  
Chenoncaux, & arcem, Carolum fortē,  
quæ duo propugnacula brevi erexerunt.

*Propugna-  
cula erecta* Postquam igitur eos admonuissent;  
*à Gallis in* quid factō opus esset, & quomodo seipso  
*terra Flori-* cum inter se, tum erga suum præfectum  
*da.* & insulares, gerere, ac etiam quomodo  
cum,

cum eis uersari deberent. Tertio Idus Iu- Gallorium  
discessus ex  
Terra Flori  
da, reliquo  
ibi præsidio  
1563  
 niij egressi sunt ex Portu Regali, eo animo, ut etiam haud procul à continenti, ad o-  
 ram borealem, usque ad quadraginta gra-  
 dus erectionis poli ad nauigarent. Sed  
 quia uentus aduersari coepit, & sibi noua  
 ratio ineunda erat de commeatu, deque a-  
 lijs rebus maximè necessarijs ad Iorrigio-  
 rem profectionem suscipiendam, præte-  
 rea, cum uiderent, sibi esse exiguum nume-  
 rum uirorum, quos cū suis nauigij, q̄ remo-  
 aguntur, hūc, & illūc præmittere cogeban-  
 tur, atque interim in nauibus præsidia re-  
 linquenda, necnon pericula, in quæ, ob  
 nubilum cœlum, ac turbines, quam facil-  
 lime incidissent, iamque potiorem anni  
 partem elapsam, his ergo, & huiuscmodi  
 rebus, à se diligenter, accurateque perpen-  
 sis, utque etiam Amiranum Castilionem  
 um, cuius præcipue suasu, & authoritate  
 (ut antedictum est) seipsos, ad eam nauig-  
 ationem accinxerant, commonefacerent  
 de his omnibus, quæ sibi in toto itinere  
 contigerant, statuerunt in Galliam reuerti,  
 sicque idoneam nocti tempestatem, è littor-  
 e soluentes, triginta trium dierum spa-  
 tio in Portum Dieensem incolumes ap-  
 plicarunt.

Hæc modo de priori Gallorum nauigatiorum. Nunc paucis agam de insularibus, moxque de his, quæ post hæc tempora, cù in ipsa Florida, tum in insula Medera contigerunt, sermonem instituam. Quod ad priorem partem spectat, qui ea loca perlustrarunt, & incolarum ingenia, moresq; accurate inspexerunt, hos aiunt esse admodum fortis, ac robusto corpore, tantæq; a gilitatis, ut ceruorum uelocitatem adæquent, ipsosq; cursu capere, ac etiam integrum diem citra lassitudinem currere. Illorum arcus discunt esse longitudine duodecim palmarum, & cubiti magnitudine, quibus ad ducentos passus faculentur, & armatum hominem transfigant, eorumq; sagittas fieri ex cuneo, & pro ferro uti chalybe, uel ossibus, fidesq; constare ex neruorum, inq; grati, ac beneuoli animi testimoniis, unam ex huiusmodi sagittis, amico elargiri, quam ipsimet prius exosculetur. Hos præterea uti pellibus ceruinis depictis, & pelle Martorea, quosdam uestibus crassioribus contextis ex filo, & gestare cæsariem admodum prolixam, & solutam. Addunt etiam, his inueniri leones, ursos, ac ceruos triplicis generis, eamque inuentam esse in mense Maio, & in die Pascha-

Paschatis rosaceæ, quam Pentecostes uocant, esseq; angulum terræ, instar linguæ, ac etiā ualde opulentam, & fluuium Panurum, qui nunc Palmarum dicitur, à Florida, quinquaginta mille passibus Germanicis abesse. Hæc habeo in præsentia, quæ mihi de hac regione, atq; indigenis comperta sunt. Iam igitur ad ea, quæ initio dicere constitueram, quæq; haud sanè indigna uidentur, quæ posteris innotescant, se se animus, atque oratio transferat.

Superius commemoratum est, permanē referre, ut in his locis, quæ recens ab aliquo, aut ui, aut deditio ne occupantur, quādprimum arces, ac munitiones erigantur, quibus, ab iniuria defendi possint. Galli ergo, huius rei haudquaquam ignari, ut primum ad eam insulam appulere, nonnulla propugnacula ibi cōstruere cœperunt, & inter alia, quoddam instituere iuxta flumē Mañ, quod quidem ab Oceano, uno duntaxat milliarī Gallico distabat, eiq; inditum est nomen Bahama.

Principi duces fuerunt Ioānes Ribaltus, & Laudonierus, qui ambo, consultatione inter se habita, statuerunt, optimum fore, si alter illorum in Galliam rediens, inde maiores copias, atque omnis generis opifices,

fices, in eam insulam adduceret, hicq; tanquam noua colonia, cum uxoribus ac libe-  
ris illuc ad nauigarent, eamq; Gallica stirpe  
populo sam redderent. Id autem prouincie  
prior suscepit, & statim eo consilio in Gal-  
liam perrexit. Ut prium eò profectus est,  
regem adiit, atque ab illo impetravit, ut si-  
bi ea perficiendi facultas daretur, quarum  
rerum gratia hujusmodi nauigationem  
susceperat.

Protinus itaque militem conscripsit, o-  
mnisq; generis artifices adiuenit, qui eū  
und cum suis familijs alacriter comitat,  
sunt, adeo, ut septem naues commeatu, be-  
licis machinis, & reliquis rebus ad bellum  
idoneis, atque utilibus instruxerit, & præ-  
ter opifices, mulieres, pueros, aliaq; huius  
generis, ad mille, & quingentos milites se-  
cum adduxit. Hæ naues VIII. Calendas  
Iunij, anno millesimo, quingentesimo, &  
sexagesimo quinto, ē portu Diepensi sol-  
uentes, prospero uentorum flatu sub si-  
nem Augusti ad eam insulam incolumes  
appulerunt. Præfectus illico descensionem  
fecit in littus, quod erat iuxta flumen Maij,  
atque ibi summa lætitia, & plausu à Lau-  
doniero,

doniero, alijsque militibus, qui erant circiter ducenti, exceptus est, moxque militares cohortes, & quæcumque secum detulerat, in terram exposuit. Proxima die iussit, ut tres naues aquatum irent in eundem fluum, uniuqe illarum præerat Iacobus Ribaltus præfecti filius, eaq; Criuella dicebatur. Secunda erat nauis Magliaro, & tertia ducis Marcouillæ. Cæterum, uix iam octo dies ab horum aduentu præterierant, cum subito ibi affuere quinque naues Hispanorum, qui anchoras iecerunt uix Gallicas naues, mutuaque salutinae facta, cum illi dicerent, se Hispanarum, alij Galliarum regi subditos, nihil aliud per id temporis utrinque auditum est. At nocte concubia, Hispani coepertunt eorum nauigia plurimis tormentorum glandibus impetrere, idque, ut primū à Gallis animaduersum est, cum se militari manu destitutos uiderent, statim fuga si-  
bi salutem querere: sed illi per spatium unius diei, & noctis, continenter Gallos inseguuti sunt, & aduersis fluctibus impediti, nunquam eos capere potuerunt.

Hi tandem post lōgas uirarum ambages,

SS 4 redière

rediēre ad eundem locum, unde prius abierant, præter nauem (uulgō Trinitatis) quæ diuersum ab alijs cursum tenuit, & præfectum de omnibus, quæ sibi contigerant, subito certiore fecit.

Is cōfestim unam eorum cū suis militibus condescendit, ut hostem insequeretur, deinde, cū Trinitatis nauē ibi fortè inuenisset, in eam ipse met cum suis ingressus est. Cæterū, aduersa maris, & uentorum tempestate adacti, cūm se in maximo uitæ discrimine cōstitutos uiderent, coacti sunt inuicem diuelli, & ad terram Floridam nauigationis cursum dirigere. Hic ruris maris sœuitia, & atroci tempestate, naues iuxta terram illisæ, fractæ sunt, uixq; homines nudi à naufragio seruari potuerunt, amissis bellicis tormentis, armis, commea tu, & nauigij, idq; infortunij accidit, cum centum mille passibus procul à fluvio Maij distarent, nec ullus ex militibus interiit, excepto Grange, cohortium centurione, qui in aquam desiliens, submersus est.

Cūm cæterorum dux uideret, huc se redactum cum suis, qui numero erant octingenti, munitionem uersus, iter flexit, longoque itinere confecto, tandem peruenit ad fluuium Delphinum, qui aberat uiginti quatuor milliaribus à flumine

Maij,

Maii, cumque is foret maxima latitudine,  
& rapidissimo cursu efflueret, nullaque  
in parte uadofus reperiaretur, nemo illum  
sine Lenunculo trajecte audebat. Hic ta-  
men forte intenerunt lintrem, totum ser-  
mè dissutum, & scisum, eumque suis indu-  
sijs resarserunt, moxque p̄fectus quos-  
dam nautas misit, qui per amnem tria illa  
nauigia, quæ p̄amiserat, inuestigarent, &  
ipse ibidem cum suis remanens, nullo alio  
cibo, quā herbaceo uesci poterat, & omnes  
aquam, prorsus turbidam, & graueolentē,  
bibere cogebantur. Interim ex alia ripa,  
que erat ē regione fluminis Delphini, pro-  
spexit quosdam Hispanos, qui erant circi-  
ter centum, ac uiginti, omnes quam egre-  
giè armati, & uexillis extensis. Cum itaque  
Ribaltus, & sibi, & sociis, necessariò prospí-  
cete cogeretur, duos ex suis ad eos misit,  
rogatum, ut commisererit uellent infortu-  
nij, quo afflatabantur, eosque uellent in  
suam societatem admittere, uitamque in-  
columem seruare cum modicis illis rebus,  
quas secum adducebant. Hi statim, bono  
ut animo essent, responderunt, nihilque  
prorsus metuerent, hortati sunt, quoque  
facilius omnem ex illorum pectorib. me-  
rum eximerent, iuramentum, ac fidem in-  
terposuere, omneque officij, atque huma-

nitatis genus alacri animo se illis præstitoris receperunt. Ipsi, responso habito, atq; optima spe innixi, continuò traiecerunt.  
**Christophorus Bretonus.** At Christophorus Bretonus, oriundus ex oppido Côquetô, quod est in Aquitania, eorum fidem suspectam habens, & peritis simus nauclerus, in fluuiû desiliit, atq; ibi tranando, suæ uitæ consuluit. Cum autem post longam nauigationem, tandem in portum Diepensem incolumis peruenisset, ibi summa diligentia examinatus est à Ioanne Vassore, qui tunc temporis erat legatus præfecti Gallicæ classis, & iuramento asseruit, Gallos, ab Hispanis, ubi primum ad eos appulissent, nulla habita ratione fidei præstiræ, nec dignitatis, & nominis Galli regis, quod miseri subinde (sed frustrâ) implorabant, magnis contumelijis, & uarijs cruciatibus affectos, atque ita omnes ad unum interfecitos. His præerat Palmelendes, cui quidem cum Ribaldus, qui se hostilibus insidijs undique circumdatum uidebat, summa ope, ac studio adhærere niteretur, quò, eius fide implorata, seruari posset, quidam ex ea natione, illum à tergo pugione percutiens, prostrauit, aliisque, eodem impe-  
gu accurrentes, necarunt, deinde caput in

In quatuor partes abscissum, in hastarum apice affixerunt. Hunc exitum habuerunt Mors Ribal egregia, & generosa incepta Ribalti, & ii. & socios socrorum, qui se se alienorum fidei tradiderunt.

Cæterum, longè aliter euenit eiusdem gentis hominibus, qui, duce Monlucio, Maderam insulam adierunt. Hic enim filius natu maior Monluci, uiri celeberrimi, qui diu præfuit Aquitanie, una cum fratre iuniori, ac Pompadoro, post colloquium habitum inter Galliarum, & Hispaniarum reginas, apud Aquas Augustas, (uulgò Baiona,) tribus nauibus communitis, atque his, præter nauticos, ac remiges, mille ac ducentis epibatis, omnique præsidio, & bellico apparatu instructis, è Gallico littore soluit, magna prorsus, & multa, animo suo concipiens.

Huius mens erat (prout ex quadam epistola Monluci eius genitoris ad supremum epistolarum, scrinijque regij magistrum colligitur) proficiendi ad Guineam, ut se se in alicuius Mauritani regis amicitiam insinuans, ab eo impetraret, ut sibi, eius permisso, liceret in sua dictione aliquam arcem construere, quo Gallici negotia-

negotiatores tuto illuc accederent, suas  
 merces citra ullum periculum aportarent.  
 Cum enim uideret, illos à Lusitanis subin-  
 de assiduis rapinis, ac cædibus infestari, co-  
 gitarat, quanam ratione huic malo ab eis  
 obuiam iretur, ac interim pcurare ut quæ  
 commoda, & emolumenta Lusitanus, in  
 Africa, & Asia, percipit, ea quoque in com-  
 modum, & beneficium sui Principis redū-  
 darent. Ut autem commodius, & fœlicius  
 hæc omnia sibi succederent, secum non-  
 nullos Lusitanos, illarum regionum peri-  
 tissimos, adduxit, & antequam discederet,  
 parenti promiserat, se nulla proflus iniuria  
 quempiam affecturum: At, si quis eū con-  
 tumelij lacesseret, se illas pro uirili, ut ra-  
 tio exigeret, propulsurum, daturumque  
 operam, ne quisquam impunè id faceret.  
 Cum itaque iam nauigare cœpisset, post  
 quam per multos dies aduersa maris, uen-  
 tib; tempestate iactaretur: tandem ad Ma-  
 deram Insulam peruenit. Hæc, una cum  
 plærisque alijs, Lusitano sermone, hac uo-  
 ce nuncupata, nec aliud, præter quam ne-  
 mus significans, prius erat undique horri-  
 da, & à nemine incolebatur, hæque insule,  
 sitæ sunt occidentem uersus, inter Gibil-  
 terram, & insulas Canarias. Lusitani, cum  
 primum ad hæc loca, ante id tempus pror-  
 sus

Descriptio  
 Insulae Ma-  
 deræ.

fus incognita, peruenissent, ut eas in habitarent, coacti sunt omnia illa nemora & saltus adurere, tantusque flamarum, atque ignis ardor ibi statim accensus est, ut si suæ saluti consultum uellet, per spatium quinque, aut sex dierum, naues descendere, aut se in mare proiecere compellerentur, donec ignis paulatim flamas remitteret. Quæ inter alias magnitudine, atque ambitu primas tenet, facta est instar trianguli, uti Sicilia, id est, ut & Græcū, & ad sex, & quinquaginta millia porrigitur. Sylvis ita que combustis, cæperunt solum excolere, plantare arbores, triticum, & diuersi generis granum conserere, quod quidem illis ingentem, ac miram utilitatem attulit. His enim aeris tèperies, & regionis amoenitas tanta est, ut quemuis ad ea loca incolenda merito allicere posset. His peractis, domos, edificia, & instrumenta condiderunt, adeò ut hoc tempore à plærisque uix ullus locus opportunior, atque uberior esse iudicetur. Præterea ibi est ingens arundinum copia, unde præstans saccharum elicitor, quod sanè magno ubique pretio extimator, nomenque sibi à loco uendicauit. Huc itaque Monlucus appulit, indequæ uersus Guineam, ad littora Oceani in Aethiopia, sub torrida Zona, proficiisci statuerat. Cū autem

autem existimaret, se in amicorum esse re-  
gione, ob pacem, quætunc erat inter utrumque  
regem, legauit quosdam, qui aquatū irent,  
& commeatum deferrent: sed illi ut primo  
descensionem fecerunt, acri plurimorum  
tormentorum displosione icti sunt, qui-  
bus nonnulli eorum cœsi, alij atrociter vul-  
nerati. Monlucius tam inmani scelere co-  
motus, illicò cum quibusdam ex suis de-  
scendit ē nauī, ut de illata iniuria conque-  
rereret, ac versus oppidū iter deflexit. Sed  
insulares protinus tam crebris catapulta-  
rum procellis ueniētes adorti sunt, ut pre-  
ter alios, ipse etiam qui reliquis præerat,  
ænea glande impeteretur. At ille mox re-  
trocedens, ad suos properauit, eosque ad  
aciem instruxit, eō consilio, ut statim illos  
armis inuaderet. Oppidani, ubi eos ad se  
uenire animaduerterent, confestim, eru-  
ptione facta, cum bellicis tormentis, tum  
uarijs missilibus a se arcere conabantur.  
Monlucius autem, postquam situm sedu-  
lo explorasset, mandauit fratri iuniori, ut  
secum partem agminis acciperet, & quan-  
dam semitam, licet longiorem, tamen ual-  
dē rectam & occlusant, occuparét, ibique  
præstolaretur, donec uniuersi oppidani  
exuissent, moxque in eos a tergo irrueret.  
Hos igitur ambo undiquaque aggressi,  
omnes

omnes ad unum usq; trucidarunt, deinde  
oppidum militarib. machinis adorti, par-  
uo negotio expugnarunt, eaq; ratione uni  
uersam insulam in suam potestatem rede-  
gerunt.

Cæterum, hac uictoria Monlucius haud  
sanè diu potitus est, quandoquidem pa-  
lo pdst, ex accepto uulnere interiit, sicq;  
finis impositus est egregijs, ac heroicis co-  
natiib. quos, hic nobilissimus iuuenis, glo-  
riæ studio incensus, animo uersaratur, eosq;  
nulli unquam patefecerat, & propterea re-  
liqui, amissio duce, nauem cōscendere, do-  
mumq; reuersi. Paucis diebus interiectis,  
Lusitanus, atque Hispanus, apud Gallum  
regem per nuntios mirum in modum con-  
quæsti sunt de Monlucio, eiulq; socijs, ual-  
deq; urgebāt, ut primi authores grauibus  
supplicijs plecterentur. Sed re, maturo,  
prudenti qu'e procerum consilio coram eo  
rege ponderata, firmisq; ac validis ratio-  
nibus defensa à Gasparo Castilioneo regie  
classis præfecto, qui accusabantur, fuere  
absoluti, atque hoc pacto Lusitani de-  
bitum supplicium, & poenas luerunt, ob  
ueterem iniuriam, qua usi fuerant prius  
in Nicolaum Villagagnonum equitem,  
qui Amiralij in mari Britannico legatus,  
& cōsecutus à rege nauium, & coinmeatus

*Madera ex-  
pugnata &  
Monlucio.  
Interitus  
Monlucij.*

*adminis-*

*Conspiratio  
in Ro. Pon-  
tificem.*

adminicula, ad Indos meridionales ad nauigarat, & in Americam appulerat, ubi postea indignis modis tractatus est, ac deinde in Ribaltum, de quo superius facta est mentio. Paulò antequam in aula regia Monaci causa perageretur, in urbem Roma omnium cura, & studio actum est de causa quorundam, qui communī consensu in Pj IIII. Pontificis caput conspirarant. Hī autem fuerunt Atttonius Canossa, Thadeus Māfredi, Pellicerius, Benedictus Acoltiūs, & Prosper Pictoriūs, qui omnes Acoltiū persuasionibus illecti, pontificem, dum auditiam faceret, pugionibus ueneno infectis, sub prætextu supplicem libellum offerendi, occidere decreuerant, isque se primum fore, qui eum adotiretur, spopondesarat. Hic sane sibi in animum induxerat esse quendam alium pontificem, nouum, unicūm, sanctūm, atq; (utiaiebat) angelicum; idq; suis foederatis iam persuaserat. Hunc in super addebat, cum ingenti piorum virorum numero, ac multitudine, Romani uenturum, ibique totius orbis præfecturam, & imperium assecuturum. Ut uero illorum animos facilius in suam sententiam pertraheret, iactabat, se habere facultatem uarijs, multisq; muneribus compensandi eos, a quib; in hoc facinore perpetrando adiuua-

adiuaretur. Siquidem Antonio, urbem Ticini, Thadeo, Cremonam, Pellicerio, Aquileiam, & Prospero, annuos redditus ad quinq<sup>m</sup> millia nummūm aureorum pollicebatur, eoq<sup>p</sup> dementiae progressus erat, ut in illo supplici libello modis omnib. pōtifici persuadere anniteretur, in hunc nōnum, & quem ipse animo conceperat, credendum, & si aduersaretur, confessim in eū irruere, ac interimere statuerat. Priusquam uero aliquid tentarent, optimum fore iudicarunt, in aurem sacrifici sua uetera errata depromere, ac sacris epulis interesse. Hęc ubi absoluerant, Pontificem ē cubiculo exeuntem obseruarunt, & Acoltius proprius accessit, ut ei supplices literas offerret. Ceterum, animo consternatus, & facie immutata, non ausus est, quod sibi dudum p̄posuerat, exequi, ac perficere, quod sane postmodum inter eos haud paruas cōtentiones, ac dissidia excitauit, donec Pellicerius, qui paucis antē mensibus, apud Venetos accusatus pro monetario fuerat, exilioq<sup>p</sup> multatus, conspirationem detexit, moxq<sup>p</sup> omnes fuerunt capti, & uarijs, atq<sup>p</sup> atrocibus supplicijs affecti. Dicunt, Acoltiū, qui etiam tempore Pauli IIII. hoc facinus mente conceperat, ideoq<sup>p</sup> duos ex nepotibus Roma, Aretiū, unde ipse oriundus

dus erat, sedulo' transmitti curārat, quod ab omni periculo tuti essent, in medijs tormētis, & in ipsa propemodum morte perpetuo risisse. Sub finem illius anni, qui fuit a Christi Seruatoris natali supra millesimū, & quīngētesimum, sexagesimus quintus, præfatus Pontifex VI Idus Decembris, ē uita deceſſit. Eo mortuo, Patres, conclue, de more ingressi, post uarias sententias, tandem ex mutuo consensu VIII Idus Ian. anno LXVI. crearunt in Pont. Cardinalē Alexandrinū, qui poste à dictus est Pius V. Per idem tempus, Sanpetrius Corsus, uir acer, ac strenuus, quo quidem authore, magna pars insulæ Corsicæ, quæ olim dīcta est Cyrnus, sita in mari Ligustico, a Genuatibus defecerat, post multa, ultrò, citro- quie damna, illata, & accepta, post cladem, in qua perierant quatuor millia peditum, & quadringenti equites eorū, qui pro Genuenſi Repub. dimicabant, postq; multos uicos, atq; oppida expugnata, in Cauri plānitie, omnibus ferme copijs amissis, tandem a Raphaële Iustiniano interfectus est. Cūm eo erant trecenti pedites, & quinq; ac uiginti equites. Hostis autem habebat sexaginta equites, & nongentos scloperarios, cumq; manus consererent, Michaël Angelus Dormanus, alæ equitum præfectus,

fectus, adiutus à suis fratribus, qui primum agmenducebant, Sanpetrium adortus est, atque ubi occidisset, illi caput ab humeris abscondi iussit, & cadauer militibus minutim lacerandum tradidit.

Postquam uero ex magnis, & grauibus rebus, ad priuata exemplia deuentum est, priusquam ex hac mea nauigatione uella colligam, & stationem ingrediar, quædā alia hūc adiiciēda putauī, & cū his nōnulla prodigia, & ostenta, quæ uarijs in locis hoc tempore acciderūt, eaçq; haud sanè memoratu indigna. Siquidem ex his quoq; singularis Dei prouidentia, qua hic orbis regitur, animaduerti potest. At ex prioribus, cùm naturæ nostræ imbecillitas, & humanarum rerum inconstantia, tum diuina iustitia perfacile agnoscit.

In Suevia, Bauaris, & Franconibus finitima, fuit quidam nobilis, ualde diues, ac opulentus, nomine Richbergerus, cuius anni redditus supra triginta millia nummūm aureorum extendebantur. Hic, tametsi in reliquis uitæ actionibus, non uulgaris laude dignus censemebatur, in explebili tamen cupiditate laborabat, eaquæ factum est, ut quotidie opes per fas, & nefas accumulare, omniaque ad se rapere studeret. Cùm itaque prospiceret

TT 2 anno.

anno næ caritatem, quæ proximo anno in ea regione subsecuta est, sua horrea tritico, ac frugibus impleuit, magnoq; prægio eas diuendere cœpit, adeo, ut indigenæ compulsi ab eo uictum emere, ob inexhaustam illius auaritiam, uel fame prorsus perire, uel, si ali, & sustentari uellent, ad magnam ægestatem, atq; in opiam redigerentur, tam charè illis granum, & reliqua eius generis, diuendebat. Ad hunc, præter alios innumeros, uenit quidam pauper, & liberis onustus, cum sex taleris, eumq; rogauit, ut delatam pecuniam accipiens, quandam tritici mensuram sibi daret, seq; reliquam partem pecuniæ, quam illi deberet, bona fide breui persoluturum: At ipse hunc superbo uultu, & iracūdis oculis intuitus, à se protinus abire iussit, & quod reliquum erat pecuniæ, secum afferre, si frumentum uellet, atq; ita miser, ac mœstus diras imprecatus, illinc recessit. Paucis post diebus, cū is quendam ex famulis, in horreum mississet, ut illud, de more, inspiceret, ab ipso in reditu, accepit, tres nigros boues intus esse, qui granum deuorarēt. Qui autem hoc retulit, proximo die lecto decumbēs, haud multò post ē uita migravit. Idem quoq; accidit cuidam generoso, quē illuc herus miserat,

miserat, ut uideret, an ita se res haberet, si-  
cū prior narrauerat. Is enim, & boues, &  
equos inspicerat. Cūm igitur de hac re  
certior fieri uellet, ipse met in eum locum  
proficisci statuit, iuitq; ad portam horrei,  
atque ibi per quasdam rīmas uidit totum  
horreum plenum uarijs, atque innumeris  
armentis, quæ omnes fruges absu[m]ebant.  
Hoc spectaculo ita perterritus est, ut sta-  
tim furiosus, atque insanus euaserit, mul-  
taque dementer fecerit, donec tandem ca-  
thenis astringeretur. Hic horribilis casus  
magnam sanè admirationem attulit, cūm  
in omni ea prouincia, tum præcipue in au-  
la Cæsariana, quæ illum anteā prudentissi-  
mum cognōrat. Quocircà multo minus  
admirabimur de eo, quod narrat Munste-  
rus in sua historia, uidelicet quendam no-  
bilem, & præpotentem virum in Germa-  
nia, uexatum fuisse à murib; ps, atque ab eis  
tandem deuoratum. Id quoque haud si-  
lentio prætereundum uidetur, quod Vien-  
næ contigit Pridie Idus Decemb[ris], anno  
à salutifero partu, supra sexquimillesi-  
mum, sexagesimo quinto. Ibi enim, cūm  
Neuhaus, supremus iuris præfectus in  
Bohemia, quem ipsi Cancellarium appel-  
lant, aliquandiu ob grauiā negotia fuisset,

TT 3 apud

apud Cœfarem, iamque his confessis, ad  
suos redditum pararet, currui, cui sex equi  
iungebantur, insidens, perque urbis pon-  
tem longiorem transiens, arcu pontis in-  
clinante, una cum curru, equisque, ac no-  
bilibus, qui eum comitabantur, in Danu-  
bium delapsus est, atque aquis absorptus.  
Ex his, unus tantum auriga, & puer evasit.  
Quid uero interim dicemus de Andrea  
Vesalio in Anatomia, omnium, qui ad  
hanc etatem uixerint, medicorum facile  
principe? Hic sanè, cum in mense Aprili,  
anno LXXXII, una cum Malatesta Ari-  
minensi, in Cyprum profectus esset, acci-  
dit ut breui post, à ueneto Senatu cum am-  
plissimo stipendio accessiretur, ut succede-  
ret Gabrieli Valopio, recens mortuo, qui  
Patauji permultos annos rem Anatom-  
icam, non sine maxima sui nominis cele-  
ritate professus erat. Dum itaque Italiam  
uersus adnauigat, fluctibus marisque tem-  
pestate adactus, in Zacynthum insulam  
applicuit, ibique decumbere coepit, pau-  
loque post in loco deserto, & in miserrimo  
tuguriolo, a omni humana ope destitu-  
tus, è uita decessit. Paulò ante ipsius obi-  
tum, quedam nauis Adriaca eodem appu-  
lerat, & in ea fuit quidam aurifaber, ex  
Vene-

Venetis oriundus, isque, cum fortè fortuna per oram maritimam illius insule iuxta littus obambularet, casu in hunc locum incidit, ubi Vesalius decumbebat, eiusq; licet incogniti, sortem commiseratus, nihil non egit, ut auxilio adesset. Caeterum, insulares, cum ob suspicionem pestis, quæ tunc in ea regione sœviebat, tum etiam ob eorum naturam agrestem, & inhumanam, omnia pietatis officia recusarunt. Is ergo ibidem occubuit, & aurifaber uix locum, in quo sepeliretur, summis precibus impetravit, ac ipse metu suis manibus tumulum effodit, & corpus sepulturæ mandauit, ne inhumatum iaceret. Id olim ab ipsomet, qui morienti astiterat, mihi bona fide relatum est coram Iulio Borgarucio, medico Vibinate, qui iam dudum rem medicam apud Anglos, cum egregia sui nominis laude profitetur, estq; ob insignem erudititionem, reliquasq; animi dotes, omnibus Angliæ proceribus quam maxime gratus, & iure inter primos, qui hoc tempore in ea facultate excellunt, annumerari potest.

Per idem quoq; tempus non procul ab urbe Roma, casus quidam longe miserimus accidit Francisco Columnx. Is enim, cum

TT 4 nocte

nocte quadam, in oppidum suæ ditionis,  
in quo perpetuas excubias tenebat, iter  
intenderet, ac excubitorum diligentiam  
experiri uellet, inuasionem per mœnia, ut  
uideret, quomodo se defensores gererent,  
simulauit. Cæterum ipsi, cum hostiles insi-  
dias metuerent, nihilq; minus quam illum  
esse putaret, è uestigio in eum bellicas ma-  
chinas disploserunt, sic unius tormenti glo-  
bo interq; Ferrariè quoque infortunium  
contigit haud minus miserabile quibusdā  
generosis ex Vrbini ditione. Cum n.irent  
inuisuri quedam bellica tormenta Alfonsi  
Atestini, Ferrariësium Príncipis, essetq; in-  
ter illa, quoddam eximiæ formæ, ac magni-  
tudinis, ipsi, eius inspiciendi cupiditate al-  
lecti, candelam accēsum apici cuiusdā fer-  
ri p̄longioris admouerūt, quò illud melius  
introspiceret. Cū uero intus esset puluis, ac  
cupa, protinus accēsum est, tantaq; ui fer-  
rum à se repulit, ut quendā ex eis, per obli-  
quum abscederit, altosq; ibi proximos, aut  
interemptos, aut grauiter uulferatos reli-  
querit. Has miserias, & infortunia equidē  
haud grāuate cōmemoro, ut homines cau-  
tores reddātur ad effugienda pericula: sed  
illa, q̄ Deus immittit, quis uncq;, etiā prudē-  
tissim⁹, & q̄ maxime caut⁹, euitare poterit?  
nemo plane, ac p̄sertim quū ipse nos uarijs  
ærumnis,

ærumnis, ac modis uisitat, quò eius iustitia, unde illius nomen mortales metuere, ac uenerari discant, suum locum habeat. licet postea, ipsius iustitia, clementia & benignitate uincatur. Proximo anno multa loca Italiæ (Deo sic permittente) mirum in modum uexata fuerunt aquarum inundatione, multisq; damnis, & ruinis affecta, idque ob eam causam, ut Deum nostris sce leribus ad iram prouocatum sciamus, tamq; in melius commutemus.

Etsi uero calamitas non paucos attigit. Veronam in primis, ac loca finitima supra modum afflixit. Nam Athesis fluuius, qui eam urbem alluit, Tertio Calen. Nouembris mirabiliter excreuit, adeo ut superans rípis, passim per arua, & prata uagaretur. Nec uniuersam modo regionem illam, & partes urbis submissiores cooperauit, sed neq; rupes, ac præalti colles ad quos etiam plurimi, metu perculti, relictis larib. omni que suppellectile, cum liberis, & familia, confugerant, ab illa precipiti aquarum inundatione innoxij ac immunes remanserunt. Deciderunt domus, pontes, frumentariae molæ multaç alia ædificia non contemnenda, tamq; grauis fuit iactura, ut æstimatione adhibita, ea supra aureorum quingenta millia fuisse iudicetur, &

TT s cum

Nantua, iur-  
binū uis, quid  
effecerit.

cum in ipsa urbe, tum locis uicinioribus,  
ad tria millia utriusque sexus periere. Sed  
quoniam de casibus extraordinarijs & ca-  
lamitosis, à me hīc sermo habetur, haud  
sanè ab re fuerit, si quod etiam Nantua,  
qui locus est in Sabaudia & duodecim mil-  
le passibus Lugduno distat, recensuero.  
Nam Tertio Calendas Iulij, anno millesimo  
quingentesimo sexagesimo octauo,  
circa meridiem, tam rapidus, ac uehemēs  
ventus ibi exortus est, ut ædium tecta una  
cum caminis abripuerit, tantoq[ue] impe-  
tu, & fragore, hīc, & illūc deieciebat, ut  
indigenæ putarent, iam supremum diem  
adesse, nec sine maxima ratione. Quan-  
doquidem in aere conspiciebantur ligna,  
& arbores ingentis molis, radicitus eulo-  
sæ, omnesq[ue], loca subterranea exqui-  
tebant, in quibus delitescerent, & ab  
ominimenti periculo seruarentur. Præte-  
reà, tectum iuris prætorij, ad tria mil-  
liaria procul electum est. Turris, in qua  
erant ænea instrumenta, per transuersum  
ex uno latere aperta est, adeò ut illius  
summitas una cum ænea campana exi-  
miae cuiusdam magnitudinis, quæ ibi e-  
rat, & quoddam horologiam, in terram  
deciderit, tanta quidem ui, & fragor-

re, ut ad duos cubitos in ipsam tellurem penetrarit. Is turbo uix quartam partem unius horæ perdurauit, eoquæ plurimæ arbores miræ proceritatis radicibus æuulsæ sunt. Prætoris domus ferè uniuersa decidit, ipsumque molendinum, & mola in uarias partes disiecta est. Cæterum, (quod longe miserabilius est, quod quæ ad maximam commiserationem omnium animos commouere debet,) plurimi mortales cum puerulis, ac infantibus ex matrum uberibus abreptis, ea uenti rapiditate in aerem translati sunt, nec unquam sciri potuit, quidnam illis postmodum accidisset.

Etsi uero, priusquam operi finis ad-datur, paucula quædam recensere constitui, quæ, Ferrarienses Terræmotus præcessere, quia tamen his de casibus uerè calamitosis à me sermo haberi cœpit, h̄ etiam, neglecta serie temporis, adiungentur. Ferrariæ, decimosexto Calendas Decembris, anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono, prima uigilia eius noctis, quæ louis diem subsequuta est, ex improviso ingens quidam, & horribilis motus terræ factus est, isque per aliquod spatium temporis, licet breue,

*Terræmotus  
Ferrariensis.*

uniuersam

uniuersam urbem ita concussit, ut omnia  
fermè ædificia plurimum damni, atque in-  
commodi paterentur, & quædam etiam  
deciderint. Modico autem interuallo qui-  
dam aliis erupuit, moxq; septem alijs, qui-  
bus plurimæ domus subita ruina oppresse  
sunt. Proximo die facti sunt pleriq; alijs, sed  
non ita ingentes, atque hi, aliquo spatio  
interiecto, uidelicet, quavis hora fermè  
tres. Cæterum, sequenti nocte sub tertiam  
horam, quidam aliis erupit, omnibus alijs  
uehementior, cui us ui, atque mole, neque  
homines, neque domus ullibi consistere  
poterant. Paulò antequam is terræ hiatus  
fieret, aer obscurari cœpit, & maxima uis  
turbinis perflare: sed post spatium unius  
horæ cœli serenitas redijt, & Luna emicuit,  
inxta'q; illam cometa uisa est, cui (prout ab  
intuentib. discerni poterat) cauda erat duo  
m ferè cubitorum longitudine. Duabus  
post horis, cœlum ita densis tenebris ob-  
scuratum est, ut alter alterū cernere nequi-  
ret, statimq; e alij plures terræmotus facti  
sunt, inter quos quidam ad semihoræ spa-  
tium productus est, ac eodem temporis  
momento arx Principis, primarium tem-  
plum, turris, curia, duodecim cœnobia, di-  
ui Pauli ædes, pluraq; alia delubra, pala-  
tia, & innumeræ domus magna ex parte  
concede-

concederunt. Ipsa quoque mœnia, quæ erant è regione arcis, ac eorum pinnæ, dirutæ sunt. Proxima luce Atestensium regulus, unde cum uxore, ac reliqua familia, in quendam hortum extra urbis pomeria secessit, atque ibi, quam primum tentoria extendi, & casas, ac tuguria, in quibus propter imminens periculum commoraretur, sibi fieri iussit. In arce septem ex eius pueris, ac plerique alij ex eius famulis, qui non ita celeriter aufugere potuerant, interiere. Tribus diebus subsequentibus, incluso luctante spiritu, etiam uarij, tametsi sub aliquo interuallo, eruperunt, & subinde plures alij, atque inde accidit, ut circiter quinque millia, utriusque sexus, ac ætatis, in nouum forum confugerent, coquæ trepidæ mulieres, ac matronæ, tenetos infantes asportabant, quos quidem sub ulnis, ac inter pectora præmebant, atque interim omnia ubique luctu, & gemitu replebantur, & nemo erat, qui non extreum diem aduentasse crederet. In uniuersum, circiter centum & quadraginta terræmotus annumerati sunt, qui ipsa tio quadraginta horarum extiterant, præter illos, qui deinde post duos menses, atque amplius, ibidem eruperunt, adeo, ut ea urbs, quæ antea cum populi, ac nobilium

lium frequentia, tum ædium splendore,  
opibus, & loci amoenitate, ac pulchritudine,  
inter insigniores, quæ in tota Italia ul-  
suntur, merito annumerari poterat, iam  
nullius ferè nominis appareret, suisque  
omnibus ornamentis denudata conspice-  
retur.

Nam elegantiores domus, ac ædificia,  
omnia uel corruerunt, uel ita perfracta,  
& lacera remansere, ut in eis uix ullum  
prioris formæ uestigium agnosceres. Ho-  
rū casu, & ruina plurimi mortales è mediō  
sublati sunt. Ex his autem, qui superstites  
remanserant, maior pars celeri fuga sibi cō-  
suluit, ac protinus extra urbem tabernacu-  
la, in quibus degerent, suaq; opificia exer-  
cerent, construxerunt, eaq; usque ad quin-  
tum & sextum lapidem ab oppido exten-  
debantur.

● Cum uero aliquot mensibus transactis,  
suos penates repeterent, rursus eandem  
terram commoueri, ac tremere sentiebant,  
idque etiam post annum exactum, ani-  
maduersum est, quod sanè cunctorum  
animos in maximam admirationem per-  
duxit, & propterea siebat, ut is locus, qui  
antea frequentissimus habebatur, paſſim,  
plurimis desertus esset, ac in eo nil, niſi  
ſaxa

saxa, & soletudines cerenerentur. In credibile dictu est, quantum damni, atq; incommodi ex his terræmotibus, toti ciuitati allatum sit, omniumq; sententia ferebatur, iacturam super quater decies centena millia nummū maureorum extitisse. Dum Ferrariense solum hoc terræ hiatu uexari cœpit, Mantua etiam concussa est, at non ea uehementia, nec simili clade, breuique ab hoc infortunio immunis remansit. Per idem tempus, & uia Emilia, magnoc; pars Ethruriæ id calamitatis experta est, & in urbe Florentia testudo primarij templi noctu duobus fulminibus icta, in plures partes discissa, & perfracta est, & pro ea fulmine dey-instauranda supra quatuor millia nummū citur. Florentiæ templi noctu duobus fulminibus icta, in plures partes discissa, & perfracta est, & pro ea fulmine dey-instauranda supra quatuor millia nummū citur.

Quænam uero esse causa uideatur, Vnde siat Ter quamobrem terræmotus fiant, non modo his communibus hominum sensibus, opinonibusq; compertum non est: sed ne inter Physicas quidem philosophias, remotus apud philosophos satis consistit: uentorūmne ui accident, specus, hiatusq; terræ subeuntium, an aquarum subter in terrarum cauis undantium fluctibus, pulsibusq;, an cuius aliae rei causa, alteriusue Dei ui, ac numine, nondum pro certo uerteres crediderunt, ideoq;

ideoq; Romani, ubi terram mouisse sense-  
rant, nuntiatum ueerat, ferias eius rei causa  
edicto imperabant. Sed Dei nomen reti-  
cebant, ne alium pro alio nominando, falsa  
religione populum alligarent. Cæterum,  
nos, quibus Dei bonitas, arcana suæ uo-  
luntatis patefacere dignatus est, quiq;le  
Mundum, non casu, & fortuito: sed certa  
quadam ratione, ac mirabili prouidentia,  
regi, & gubernari didicimus, hæc omnia  
minime ad secundas causas: quin potius  
ad primam duntaxat referentes, cogite-  
mus, ea diuinitus fieri, Deumque, quoties  
ista eueniunt, humano generi, ob scelera  
indignatum, atque idcirco ipsius iram in-

In Câbria, por-  
tio terræ com-  
mota, & aliò  
per se subue-  
tia.

nos, uitæ nouitate, morumque innocentia  
placare studeamus. Interim, postquam de  
motibus terræ hic materia suscepta est, il-  
lud etiam adjiciendum putauimus, quod acci-  
dit proximo anno, in occidentalî Cam-  
bria, quæ pars est Angliae, atque ab incolis  
Vualia nuncupatur. Siquidem in ea re-  
gione, haud procul à Paruo Foro, (sic enim  
oppidum uocant) in Comitatu Herefor-  
dienſi, Nō. Cal Martij, portio quædā terre  
commota est, & cum horribili mugitu sub-  
iecta, ut erat arboribus, & caulis pecudum  
onusta, & delata est ad quadraginta pas-  
sus, atque ibi tandem integra desedit.

Hanc

Hanc autem ferunt, dimoueris cœpisse hora sexta post meridiem, & usq; ad septimā perdurasse. Porro eius altitudo quadragesinta pedum fuisse dicitur, latitudo mille, & octoginta, & longitudo, mille, ac trecētorum, & in ipsa emigratione fanum prostrasse, quod centum pedum longitudine porrigebatur. Id sane (sicut accepi à quodam generoso ex ea Prouincia, qui Londini hæc omnia referebat Petro Carro equiti aurato, Henrico Cobano, Io. Aschiego, Henrico Dennio, & Sigismundo Tremanno, uiris, præter uetustum genus Familiæ, summa probitate, ac uirtute ornatisimis, qui tum fortè simul aderant) licet absq; ultra clade, ulloue, aur sane perexiguo incommodo euenerit, res tamē huiuscmodi est, ut non sine ingenti admiratione audiri queat.

Hæc modò de his rebus dicta sufficiat, Iam tempus est, ut enarrem aliqua prodigia, quæ his paucis annis apud uarias nationes euenerunt. In Capha, olim Theodosia Chersonesi, nobilissima Genuensiū Caphæ urbis  
descriptio, Colonia, quæ urbs posita est in Euxini ora non procul à Bosphoro, uel sinu Cimmerico, distatq; quadrigenitis millibus à Byzantio, & per uniuersum Imperium Trapetij, subiectum Othomanæ ditioni, con-

**Ostentum in specti sunt in aëre tres soles circa tertiam  
aëre uisum & horam diei, & tempore quam maximè se-  
pud Turcas.** reno, supraq[ue] hos, arcus insigni candore,  
spatio tritum horarum. Hi soles postea di-  
uisi sunt, unusq[ue] iuit Oriētem, alter Occa-  
sum uersus: at qui tertius uesperi ad mon-  
tem deflexit, cumq[ue] sub ipsis alijs quatuor  
arcus apparerent, hi quoque mutati sunt.  
Deinde post biduum prima noctis uigilia,  
uisa est crux una cum stella, & Luna, & hæc  
tria usq[ue] in proximam auroram, lucida, &  
pulcherrima cernebantur, quin etiam &  
stella non minus lucebat, quam luna. Hu-  
ius prodigiū exemplar mihi primus o-

**Arnoldus Fer-  
rierius.** mnium Venetijs ostendit Arnoldus Fer-  
rierius, uir sanè doctissimus, ac integrissi-  
mus, qui tunc temporis legatione fungi-  
batur apud uenetum Senatum, nomine

**Caroli IX. Galliarum regis, ac eodem fer-  
tempore, quo ipse à suo rege in Galliam  
accersebatur, ei quē succederet Paulus Fu-  
xæus, nō minus generis splendore, quam  
animi dotibus insignis. Ut uero, quānam  
sit Fuxææ domus nobilitas, aliquod hæc  
testimonium relinquatur, hæc obiter ad-  
ieci, hanc uidelicet in Gallijs peruetustam  
esse, longeq[ue] nobilissimam.**

In hac enim fuerunt olim Ducales, ac  
regiae Coronæ, cùm regnum Nauarræ in  
hanc

hanc domum transferit. In hac præterea copulatæ sunt coniungali vinculo duæ filiæ Galliarum regis, hæc ambæ legitima prole, quarum prior fuit sotor Ludouici, huius nominis XI. nomine Magdalenæ, & altera Ludouici XII. ex qua quidem natus est Gasto Fuxæus, iuuenis spiritus indomiti, & invicti, qui ab Hispanis iam plane uictor, strenuissimè dimicans, trucidatus est in cæde Rauennenſi. Adhæc, duæ filiæ ex eadem familia oriundæ, regibus nupsere, quarum una extitit soror prædicti Gastonis, quam Ferdinandus rex Hispaniarum in uxorem duxit post obitum reginæ Isabellæ, & dicta est regina Germania, & alteram Ladislaus rex Pannonici, ac Bohemici regni, ex qua natus est Ludouicus ultimus rex Hungariæ, ac mater Maximiliani, qui nunc Imperij Christiani prefecturam gerit. Mater reginæ Annæ Ducis Britanniæ citerioris, quam ueteres Armonicam uocarunt, fuit soror Fusij reguli, unde ex materno latere prouenit domus Galliæ, ac Principis Astini. Ipse etiam Lorrechius, cuius inclytæ, ac heroicæ uirtutes, omni ætate celebrabuntur, ex hac familia ortum habuit.

Ex hac postremo genus, atq; originem trahit Caramanus regulus, pater huius, de quo mihi nunc sermo est, quem sane non tam domus decorat, quam ipse domum tot stemmatibus celebrem, atq; conspicuam, egregijs animi uirtutibus illustrat.

Ut uero ad incepturn redeam, haud sane alienum esse arbitror, si huius prodigi expositionem addidero, quam mihi Bernardinus Tomitanus, clarissimus philosophus, & medicus, atq; in omni genere artium, quas liberales uocant, oppidò insignis, declarauit. Is enim in quadam epistola, Patauio ad me transmissa, haec inquit. Figura Lunę unā cum cruce, ac stella, & insuper duo illi arcus, unus cum triplici sole, & alter oinnigeno colore, si tantum physice intelligatur, referenda esset in uapores, exhalationes aëris, quas uocant impressiones illius elementi, eorumq; causam facile est uidere in meteoris Aristotelis: at si credere uelimus, hos effectus ex altiori causa, quam sunt uapores, atq; aër, pendere, arbitror sane, illas figurās posse esse clarum præsigium Christianæ felicitatis. Quandoquidem illam lunam interpretarer fidē Mahumeti, cùm Luna sit peculiare, ac ordinariū insigne Turcarum. Crux autem significat fidem Christianam, cùm ea sit insigne

Bernardinus  
Tomitanus.

signe Christianorum. Et quoniam Luna  
uidetur fermē iacere, cruxq; desuper incū-  
bit, significaret, Christi fidem tandem ut  
stricem remāsuram, uel quia Turcæ, agni-  
to errore, ad uerum lumen accederent, uel  
quia ui armorum, & Principum Christia-  
norū concordia, id contingere debeat.  
Ea stella potest significare Christum Ser-  
uatorem nostrum, caput nostræ fidei, uel  
sanctam Ecclesiam catholicam, quæ, tan-  
quam sponsa Christi super crucem, instar  
clarissimi syderis, elucere debeat: sed arcus  
triplicis solis, rursus innuit fidem nostram,  
& illi soles sanctissimam Trinitatem, quo-  
rum unus uergit ad exortum, alter ad oc-  
casum, quod quidem denotat, nostram fi-  
dem per uniuersum orbem propagādam.  
Quatuor autē circuli, qui subtils existunt,  
significant quatuor genera religionū, quæ  
fidei Christianæ subiiciuntur, eaq; sunt tor-  
cica, Persica, Hebræa, & hæretica. Hęc To-  
mitanus. Cūm autem proximo anno, Ve-  
netijs relictis, me in Angliam transserre,  
iterq; facerem per Lugdunum, & Mattheū  
Balbanum, patritium Lucensem, uirumq;  
ornatissimum, qui cūm mihi antea necel-  
litudo intercedebat, inuiserē, cūm eo tūm  
forte aderat Franciscus Junctinus, in re *Franciscus*  
*Astronomica* egregie uersatus. Cūm itaq; Junctinus.

VV , de

dē ûarijs rebus colloquium inter nos haberetur, & aliqua de prodigijs mentio fieret, eum rogaui, ut quid ipse de hoc sentiret, amicē exponeret, is'q; aīebat, illam exhalationem uaporum factam esse sub dominio Saturni, ac Veneris, cūm illi soles apparuissent in signo Aquarij, dum uerus sol renderet in Horizontem Orientalem, & Saturnus haberet suam stationē in occidentalī angulo cūm Luṇa, quod quidem significabat, multos defecturos ab Othomano Imperio, & secuturas maximas clades in partibus Orientalibus, motusq; bellorum, ac ditionum: sed quoniā post hoc, secutum est aliud Prodigium, quod erat Crux super Lunam, cūm ea stella, uel Cometa, in signo Libræ: dicebat, eam significare euersionem, ac excidiū Imperij Turcarum, cūm in huius signi apparitione Luṇa tunc esset in 12. statio ne cceli: quod sanè prodigium dicebat originem habere a magna coiunctione duorum Planetarum superiorum, quæ facta est, Anno Salutis M. D. L. X. III. Non. Cal. Sept. in signo Cancri, quod est ascendens Constantinopolis, in qua triplicitate Aquea, secta quoq; Mahumetica originē habuit, Anno 630, ante quod tempus fuerunt uisae in Italia tres Cometae ardētes, quæ uidebātur uelle simul con-

cōtēdere, & secutū est postea Diluuiū, quo Roma fermē submersa est. Quę signa dederūt inditiū depreſſionis Romani Imperij, & Ecclesiæ, ppter hæreſim Mahumetanā. Is tamē inferebat, ut Theologus, hoc pdigii esse demōstrationē absoluti diuini iudicij ob peccata eorū populorū (quos nō dū Othomanorū Principum tirannis domuerat) & iudiciū futurarū aduersitatum.

Hæc in præsentia de Oriētali pdigio. At Prodigium in partib. Pannoniæ, ac præsentim Posoniæ, Hungaria ius alijsq; finitimiſ locis, III. Idus Aprilis, An xta Posoniū. no M. D. L X V I. à meridie cœpit apparere, & conspici in cœlo, stella candida, quæ solem prorsus comitabatur, ab ortu incipiēs, moxq; ad occasum uergebat, ibi quæ tandem euanuit, atq; ab omnibus eodem semper loco, ac tēpore per quadriduū conspecta est. Hæc stella iudicata est à pētionibus stella Veneris, cūm esset uno tantum signo à sole remota, eumq; ordinario motu subsequeretur. Quod uero ad eius interpretationem spēctat, Georgius Purkierus, vir germanus, reique medicus, atque Astronomicæ admodum peritus, dicit, huiusmodi prodigium significare Solymatum, qui discederet ab Oriente, ac in occiduam plagam ingenti cum exercitu ueniret, eūq; ibi tandem moriturū, sicuti

V V etiam

etiam illa stella post solem occubuit, idque  
mihi olim retulit Venetijs Christophorus  
Carnerus, ei quam maximè familiaris, vir-  
que cum doctrina, tum honestis moribus  
egregie ornatus.

*De Monstris.*

Quatenus uero attinet ad res monstruo-  
sas, quæ à natura producuntur, in Gallijs,  
Anno M. D. L X VI, quædam uxor pe-  
perit geminas, quarum corpora connata  
erant, pedes tantum duo erant: sed postea  
duo capita, utrinq; manus una propende-  
bat. Intra duo capita in sublime erigeba-  
tur unum brachium satis corpulentum,  
quod postea in duas manus minores, qua-  
rum palma utraq; caput uersus pandeba-  
tur, desinebat.

Lintij, dum ibi à Carolo Austrio con-  
uentus celebrabatur, cuidam rustico na-  
tus est infans, in quo nihil sanè desideraba-  
tur. Vixit dies quatuordecim, & triduum  
ante obitum sudauit, atque ita sudans, ex-  
tingitus est. In mortuo infante statim incœ-  
perunt apparere stigmata in manibus, pe-  
dibus, & latere, sicut Christi uulnera pín-  
guntur. In capite, etiam ex ipso granio na-  
ta est corona, ut corona spinea. Cæsar cùm  
hoc audiret, misit quosdā ex suis, qui hoc  
prodigiū cōtemplati, eū de tota re plenius  
edoceret, rēq; ita se pr̄sus habere intellexit.

Prop̄e

Propè Augustam Vindeliciam, quædā mulier, Anno M.D.LXII. uno partu perit quinque geminos, omnesq; statim post sacrum Baptisma, obierunt.

Iisdem diebus, in Pannónia, quædam adolescentis, qui peste obierat, triduo postea resurrexisse dicitur. Homines, ut rescripsi- sceret, hortatus est, & pertinacibus, extre- mas miserias, & supplicia minabatur. His rebus etiam hæc duo adiscienda putauit.

In urbe Ceuta, Idibus Mañ, & Anno LXIII. in littore maris inuentū est Cæ- te, in quo erant plurimæ triremes, ac si de- pictæ forent, cum suis remis, arboribus, antemnis, uelis, funibus, nautis, ac bellicis tormentis, & quædam naues haud exigua magnitudine, cum ingenti quadam tri- mi, undiquaq; ad certamen, quam oppido instructæ, atq; armatæ, & quædam alig, que reliquas adoriebantur, idq; totum natu- rali quodam, & miro artificio, hæc naues in pelle, & carne huius piscis adultæ esse videbantur, adeo ut tanquam spectaculū, nunquam anteā cōspectum, incredibilem stuporem omnibus gignerent. Ne quis uero hæc ficta existimaret, Licentius Va- leronus, præfectus in urbe Gibilterra, quæ est ad fretum Herculeum, huius rei exem- plar ad Hispanum misit, idemq; affirmatū

est, à Io. Fructuoso, scriba regio, ac eiusdem  
urbis ciue, qui sex virorum testimonio id  
uerissimum esse affeuerauit.

Iisdem fermè temporibus, in Brisilia S.  
Vincentij, in urbe Sancte, iuxta ædes Ge-  
orgij Fernandi, apparuit quoddam Mon-  
strum Indianum in littore, cum pelle vtridis  
coloris, & molli, ut vELuetum, eiusq; crura,  
& pedes, erant flavi coloris, ac Leonum  
prosorsus cōsimiles, lingua, & oculi, tanquam  
ignei, membrū, quale homini à natura da-  
tum est, atq; itidē bracchia & manus, man-  
millæ paulo grandiores, quam mulieribus  
esse soleant, eiusq; uenter ferè usq; ad pe-  
des largus, atq; ouali forma, prominebat.  
Hoc monstrum apparuit uociferans, & per  
uirentia gramina uolutabatur. Cum uero  
Georgij Fernandi filius adolescēs id cōspi-  
ceret, stricto ense, illū inuasit, atq; ita uiuine-  
ratus est, ut ambo ceciderint, pauloq; post  
iuuenis ex eo uiuinere interiēt. Brisilienses  
accurrerunt, illi suppetias latrū, multisq;  
ictibus eum petiere, ac standē interficerūt.

Quod uero ad eius magnitudinem spe-  
ciat, scripsoram equidem in meo libro, qui  
Anno post Seruatorē natū, M. D. LXVII.  
Lugduni Ital. cē impressus est, à Gulielmo  
Rouilio, & dicitus Francisco Rosello, Co-  
miti Bedfordiensi, & Angliae Reginæ Cō-  
filia-

*Antiquorum  
Institutionum*

filiario, qui semper, cum propter eximiam  
ipfius prudentiam, & singularem pietatem,  
tum etiam ob maxima in me beneficia, ho-  
noris ergo a me nominabitur, scripsoram,  
inquam, hanc fuisse septendecim pedum,  
atque ita etiam biennium postea Venetijs  
imprimendum curarunt Alphonsus Vlloa,  
Hispanus, qui sane (quae ipsius fuit mo-  
destia) sibi totum opus attribuit, ac si ipse  
met huius author extitisset. Nam idem li-  
ber ibi editus est, sub ipsius nomine, & di-  
catus Francisco Lumilino, patritio Genu-  
ensi. Hic sane, ut Principum manum, lices-  
taud prospero eventu, effingere consue-  
uit, sic etiam Celsum imitari uoluit, de quo  
Venusinus ad Iulium Florum scribens,  
inquit: Se illum saepius admonuisse, ut  
priuatas opes quereret, & tangere uitareq;  
scripta,

*Palatinus quæcumq; recepit Apollo.*

*Nefi forte suas repetitum uenerit olim  
Grex cuium pluma; moueat Cornicula risum,  
Furtivis nudata coloribus.*

Cæterum, omisso Alphonso, & huius  
generis hominibus, quibus lucrī odor bo-  
nus ex re qualibet, & quibus etiam per-  
gratum est, ex alienis laboribus inanem  
sibi laudem comparare, ad inceptum re-  
deamus.

Cum

Franciscus  
Giraldus.

Cum annis ab hinc fermè duobus, in Angliam appulisset, Franciscus Giraldus, eques admodum illustris, qui ex Lusitania in Italiam profectus erat, indeq; postea in Britanniam adnauigauit, atq; illum honoris causa (ut alij perplures) adijssem, & breui, pro sua innata humanitate qua preditus est, me in ipsius familiarem congregsum admisisset, sorte accidit, ut inter alios, ultro citroq; (ut fit) habitos sermones, ab eo percunctatus sim, num aliquid de hismodi Monstro audiuisset, & qualis eum magnitudine putasset. Tū ille, multò minore, inquit, quām abs te in tuo libro, cuius mihi exemplar pridiē legendum dederas, refertur, in reliquis autem penē mihi assentiri videbatur. Quia uero de rebus insolitis, & admiratione dignis nonnulla recensui, ea quoq; hic breuiter adijscam, quæ me ab eodem, inter alia, coram Guidone Caualcante, Benedicto Spinula, & Acerbo Velutello, uiris, cum ueteri prosapia, cum omni uirtutum genere ornatissimis, audire memini. Cum enim quodam die, illum, ut interdum solebā, inuisisse, hos etiam ibidem reperi, qui ad eum paulò antea accesserant, & secum de uarijs rebus colloquebātur. Quoniam autem sciebamus, Giraldū eas orbis partes perlustrasse, quæ

à no-

in nostro elymate quam remotissimæ sunt,  
quasq; nemo nostrum, nisi de nomine co-  
gnorat, audi expectabamus, ut ipse aliqd  
in medium afferret, quod nostros animos  
succiditatem uel admiratione afficeret, cum  
que id facile intelligeret, non passus est, nos  
diu hoc desiderio frustrari. At statim in-  
quit, plurima sane, atq; admiranda ibi sunt,  
quorum aliqua, partim ipsem tuidi, par-  
tim etiam ita esse, ab incolis iam dudum in-  
tellexi. Verum hæc duntaxat uobis in pre-  
sentia recensebo. In agro, siue planicie, quæ  
uulgo Tangerem appellant, quæ sita est in  
**Africa**, & in Fessi regno, iuxta quandam  
arborem, pro certo mihi relatum est, inue-  
tum fuisse Leonem cum apro, utrumque Leo & Aper  
se mutuo in-  
terficiunt.  
mortuum, omnesq; iudicasse, ambos mu-  
tuis vulneribus, dum inter se acriter dimi-  
carent, concidisse, priorem quidem apri-  
dentibus, alterum leonis unguibus inter-  
sectum. Item aiebat, in Arzila, quæ urbs De Leonis in-  
sita est in **Africa**, & Lusitani regis Imperio credibili for-  
aliquandiu paruit, non tu quendam leonem, titudine.  
forte in uallum, quod erat summæ ampli-  
tudinis, ac profunditatis, decidisse, ac eum  
tanto nisu, quo inde emergeret, seç ab im-  
minentि periculo liberaret, conatum esse,  
ut, licet murus, quo uallum undiq; cinge-  
batur, esset mira cuiusdam altitudinis, atq;  
lapi-

lapideus, corporis tamen agilitate, sic unguibus egisse, ut tandem ex imo loco in fossæ summitatem ascenderet, atque ita incolumem euassisse. Idem quoq; narrabat, quendam, in ijsdem locis, dum pedes ad oppidum iter faceret, noctisq; interuentu portæ clauderentur, illum itineris labore de-fatigatum, super aggeribus ea nocte somnum capere compulsum. Dum itaq; ibi requiesceret, lassosq; artus altus sopor irrigaret, Leænam, quæ paulò ante duos gemellos pepererat, eosq; haud procui reliquerat, superuenisse, cumq; illum dormientem offendiceret, eum unguibus per latera substulisse. At illum protinus experiret, cum se à Leæna corripi animaduerteret, nullum irati animi signum edidisse, at quicq; ac fidenter illius clementiam expectasse. Cæterum, ubi post aliquod spatium temporis delatus, humili exponeretur, scq; ferinis unguibus infra carnem lædi sentiret, exclamasse, ac legnam, ad eius uocem, & clamorem excitam, statim hominem reliquisse, ac eū prima luce, portis adapertis, saluū, & incolumem, in oppidū ingressum.

*De Leone in-  
terfecto, à  
quodā Mau-  
ritiano.*

Præterea, in Marochi regno, quod est in Africa, & in planicie, quam Duchelam uocant, quendam Mauritanū, dum iuxta fontē, puerā, cuius amore desflagrabat, & quo ei

el se uenturā pollicita fuerat, cupidissimo  
animo expectaret, Leonem rectā ad se ue-  
nientem, ut eū inuaderet, prospexisse, atq;  
hunc, omnino imperterritum, statim pal-  
lio, quo tegebatur, bracchio, & sinistra ma-  
nu, in eum injecto, altera uero acinace, seu  
gladio incuruo, quem gestabat, eodē tem-  
pore districto, Leonem in se irruentem, in  
præcordijs uulnerasse, moxq; illum eo uul-  
nere interemptum. Idem plurima quoq;  
& prorsus mira, narrabat de cuiusdā equi  
fortitudine, dum, Lusitanis, qui erāt in ur-  
be Arzila, cuius hīc suprà mentionem feci-  
mus, concubia nocte ex oppido egressis,  
ut hostibus insidiās tenderet, equitē dorso  
excuteret, moxq; solutis habenis, aufugi-  
ens, rectā in eos ferretur. Hæc Giraldus in-  
teralia. Huius quidē pater fuit Lucas eius-  
dem cognominis, patritius Florētinus, e  
uetusta Giraldoū familia, qui iuuenis, atq;  
opibus clarus, patria relicta, se in Lusitanā  
cōtulit, ibiq; ob ingenij solertiam, breui ed  
deuenit, ut regi, omnibusq; filius regni  
proceribus quam gratissimus foret. Cūm  
aut̄ fato decederet, filiū reliquit hūc Giral-  
dum, de quo mihi nūc sermo est, ex nobili  
& diuiti Lusitana, quā in uxoriē acceperat.  
Hic deinde paterna uestigia sectatus, & for-  
tunis, & dignitate suā domum illustrauit,

De admirabili  
cuiusdam  
equi fortitu-  
dine.

atq;

atq; ob singularem prudentiam, & egregias animidotes, cum a suo rege, tum ab his, qui apud eum titulo & authoritate pollet, mirifice adamat.

Vt uero, iam tandem breuibus absoluā, Anno LXVI. V. Idus Aprilis, facta est Ecclipsis solis, cuius initium exacte obseruatum est hora uigesima antemeridiana. In Libonatu, quæ urbs spectat ad Pollicastri antistitem, locisq; finitimis, Cal. Iulii, pluit sanguine, pauloq; post Cometa, syodus magna ex parte terrificum, & regnis exitiale, apparuit. In Pannonia uero, per unius anni spatium, isq; initium habuit, Anno LXVI. uitam cum morte commutauunt quatuor proceres, qui erant iudices, ac magistrī curiæ illius Regni, unusq; post alium suffectus est in eam dignitatem, quæ apud iūs nationis homines, præcipua semper haberi solet. Horum primus fuit Christophorus Orzagus, qui obiit absque herede, atque hinc factum est, ut ex ipsis obitu, Maximilianus Cæsar per amplius quoddam, & locuples patrimonium insignata pecunia sit adeptus, cui etiam idem accidit ex interitu Gabrielis Pereni, qui fuit tertius ab istis, & etiam absque prole decessit. Reliqui duo fuerunt, Andreas Bathorus, & Stephanus Bamphi. Ex horum

rum interitu, plærisq; tum videbatur, eum magistratum, qui sane ob plurimas utilitates, & ornamenta, quæ secum afferre consuevit, à primi ordinis hominibus maxime expetebatur, pessimo iam esse omnini, ac instar contagiosæ pestis. In Croatia decessit Petrus Erdenus, illius Provinciæ præfectus, quiq; in ea singulari auctoritate, atq; opibus pollebat. Anno autem LXVII. Tertio Idus Maij, obiit in Germania, Philippus Lantgrauius, Princps, præter generis amplitudinem, & multas heroicas dotes, maxime bellicosus, & militari gloria insignis.

*Mors Philippi Lantgrauij.*

Paucis mensibus interiectis, cùm in urbe Aurengiæ fundamenta cuiusdam ædificij iacerentur, inuentus est quidam lapis propheticus, in quo, quatuor uerbis Gallicè conscriptis, summatim continebatur omnis ea calamitas, quæ post fatum Henrici, Galliarum regis, in eo regno exorta est, cuius quidem rei nouitatem multo minus admirabitur, quisquis in Genialibus M. Alexandri ab Alexandro, Iurisperiti Neapolitani, inspiciet, qui dnam successerit Taranti, in regno Neapolis, paulò ante quā in illud Regnum Carolus VIII. Galliarum Rex, cum exercitu aduentaret.

*Vaticinii de calamitatibus Regni Galliae post mortem Henrici II.*

XX Illius

Vaticiniū ea: Illius autem uerba hæc sunt. Quanquam,  
 rum rerū, quæ inquit, florente Fortuna Ferdinandī Pri-  
 acciderunt mi, regis Aragonij, urbs Neapolitana, &  
 Neapoli, tem regnum, nullis adhuc belli calamitatibus  
 poribus Caro premeretur, satis cōstat, Cataldum Sanctū  
 li VIII. Gal uirum, qui ab hinc annis mille, Pontifex  
 viarum regis. urbi Tarentinæ præfuit, quemq; patronū  
 Tarentini ciues uenerantur, & colunt, no-  
 nte intempesta, ministro Sacrorum cui pia-  
 tūc sacrīs initiato, & in casta religione edu-  
 caro, semel, atq; iterum, in somnis apparu-  
 isse, ac monuisse, ut Libellū à se conscriptū,  
 quem in abdito loco uiuens abdiderat, in  
 quo diuina arcana scripta erant, effodi, &  
 protinus ad regem deferri curaret, qui cū  
 parum fidei somnio dedisset, eadē sibi per  
 quietem sæpius obuersata specie, cūm pri-  
 mo dilōculo solus moraretur in templo, i-  
 psū Cataldum, qualis erat olim, dum in  
 uita ageret, Pontificia uesie, & Infula ami-  
 etum, eidem ministro planè uigilanti ap-  
 paruisse, & prædictissime, ut postera luce, quū  
 primum posset, Libellum à se conscriptū,  
 in abdito loco, quem in somnis prædix-  
 erat, conditum effodere, & regi deferre, ne  
 cunctaretur, pñnam, nisi fieret, grauiter cō-  
 minatus. Postera luce solenni pompa mi-  
 nistrum cum populi comitatu ad latebrā,  
 in qua longissimo æuo libellus latuerat,

pro-

processisse, eumqp plumbeis tabellis obsignatum, & clavis obseratum, inuenisse, satris constat. In eo certum est, futurum regni excidium, easqp miserias, quae deinde subsequuntae sunt, regi praedixisse. Id plane mirum est, nec sine diuino afflato euenit, ut impendentes calamitates interdum aliquo uaticinio dignoscantur. Etsi uero ea tempora ualde calamitosa extitere, quae tamē postremo fuere sub Carolo V. & rege Francisco, huius nominis I. deinde sub Henrico, & Philippo, regibus, haud sane plus ocij, & quietis habuerunt. Nam ferē continenter 25. annis crudele bellum inter Austriaeos, & Gallos exarserat, quod tādem, Anno M. D. LIX. & III. Non. Aprilis comp̄ positum est, paxqp inita, eaquē, ut stabilior esset, utqp superiorum iniuriarum obliuio ex utriusqp pectoribus deleretur, Hispano, Isabella, Galli regis filia, & Philiberto, Allobrogum regulo, Margarita eiusdē regis soror, dēsponsa est, huiusqp nuptię Parisijs IX. die iulij consecræ, ex quibus, Anno LXI. Philiberto natus est filius, cui nomen inditum fuit Carolus Emanuel, isque Cūt mihi nuper, cūm essem Basileæ, retulit Gauinus Rollus, pro Illustrissimo Sabaudiae Duce, uices agens apud Heluetios, uirqp cūm linguarum cognitione, tūm singulari

Pax inita in  
ter Philippū,  
& Henricum.  
reges.

gulari prudentia, & uirtute ornatissimus) quemadmodum externa effigie parentem exprimit, sic etiam paternas dotes, in cunctis actionib. heroicas, & planè regias, imitatur Cum Taurini sacro baptismatis fonte ablueretur, (quod sane fuit anno LXVII. & VII. Id Maij) pontificis nomine cum afferuit Criuellus, purpuræ honoræ insignis, pro Gallo rege, Marchio Villardus, qui conchyliatum torqueM D. Michaëlis imagine conspicuum, gestabat, pro Hispano, María Sabaudia, nec non Veneti, ac Melitenses legati, nomine suorum principum. Apparatus quidē fuit splēdidus, ac omnino mirificus, ipsumq; baptisma peractum est ab urbis Antistite, solenni admodum ceremonia, nec defuere praeclara ingenia, quæ illum, & progenitoris laudes, cum profa oratione, cum carminibus celebrarent, inter quos fuit etiam Ioan. Baptista Giraldus, uir non minus facundia, quam eruditione insignis.

Cum scriberē de bello Pannonicō, dēq; Augustanis comitijs narrarem, dixi, antequām hæc inciperēt, illūc aduentissē quendam nobilem ex Gallia, qui ageret cum Augusto Maximiliano de nuptijs inter ipsius filiam Elisabellam, & Carolum IX. Galliarum regē. Hęc ipso salia, licet utriusq; Principis

Principis animus maximè in eam rē pro-  
penderet, quia tamen paulo post in Gallijs  
nouæ bellorum turbæ excitabantur, uul-  
nusq; quod nondum consanuerat, refri-  
cuit, eosq; prorogata sunt, donec tandem  
rebus compositis, in urbe Spira, in qua tū  
temporis Imperij ordines conuenerant,  
Anno, qui fuit post mille & quīngentos,  
LXX. & XI. Cal. Nouembris solenni, ac  
regio apparatu sancita sunt, nouaq; sponsa  
pridie Non. Nouembris cum splēdido uirorū  
nobilium comitatu è Spira, Macerias, ur-  
bem in finibus Campaniæ, & ducatus Lu-  
cemburgici sitam, indeq; in Galliam per-  
ducta est. Per idem tempus agebatur quo-  
que de nuptijs inter Hispanum, & Mariā,  
filiam natu maiorem eiusdem Cæsaris, &  
sponsalia eodem apparatu, ac cærenonia  
peracta sunt, & Calend. Sextilis ex eadem  
urbe discedens, ac uento secundo è Bel-  
gis in Hispanias nauigjs appulsa, Bur-  
gis, & Vallo Toleti honorificentissime  
fuscipitur.

Ex ea Philippus, Anno se in sua ue-  
stigia uertente, filium masculum habuit,  
qui natus est pridie Non. Decembr. horis  
quatuor, antequām illucesceret. Vix  
autem dici potest, quām multis igni-  
bus, per omnes uicos, turresque accensis,

XX ; quorū

quotq; iudicris certaminibus, & hastatis  
decurlionibus Hispani conceptam lætitiam  
declararint. Ut autem olim de Philippo,  
Macedonum rege, à veteribus proditum  
est, huic tria, quæ auditu iucundissima fo-  
rent, uno eodemq; die nunciata, scili-  
cet, uictoriam, Tethrippo duce, habitam  
in Olympijs. Dardanenses à Parmenione  
deuictos, & Olympiam sibi uirilem pro-  
lem enixa; sic etiam Hispano regi, tria  
longè gratissima, iisdem ferè temporibus  
obtigisse, uidelicet, nuncium de re nauali.  
Secundum, de nato filio, qui tot regno-  
rum h̄eres futurus esset. Postremū, quod  
eodem tempore pluuiā ceciderit, qua qui-  
dem omnis ea Pronincia summopere in-  
digebat, cùm per quinque menses, ne gutta  
quidem aquæ pluuialis terram aspersis-  
set, ideoq; maximam annonæ caritatem  
anno futuram uerebantur. Cæterū,  
ut ad Hispani filium reuertar, is XIIIX.  
Calend. Ianuarij, diuino sacri pneumati-  
rore perfusus est, eiq; inditum nomen  
Ferdinandus. Principes inter se haud pa-  
rum dissidebant, quis eorum in ædem de-  
ferret. Hoc autem, ut primum regi signi-  
ficatum est, illicò ad eos misit, qui diceret,  
nisi inter eos conueniret, se hanc Prouin-  
ciam cuidam ex suis daturum. Iḡitur ex  
com.

communi consensu Duxem Vesarium elegerunt. Nonnulli censuerent, Hispanum in hac re suæ coniugi gratificatum esse, quæ hoc ab eo postularit, quandoquidem ex ora marítima, in regiam usque se illi comitem præbuerat, idq; die sabbati sub mediā noctem ei nunciatum est, ut proximo die in promptu esset. Ammiralis Castilius, qui sibi hunc honorem deferri existimarat, cùm in alium collatum uideret, huic cæremoniæ interesse noluit. A' prætorio usque ad locum, qui uulgo' S. Gil appellatur, tabulatio erecta est, in quam patebat ingressus ex quadam fenestra demus regis, isq; ad portam usq; templi perducebat. Eius autem summitas in duodecim palmarum altitudinem porrigebat, & tota undiq; aulæis fulgebat. In ipsius uestibulo erigabantur 16. columnæ, quædam ex filo aureo, aliæ ex argenteo contextæ. Interior structura, uniuersa aulæis ditiissimo opere cōtextis, ornabatur, in quibus, miro quodam artificio depicta est historia belli Tunetani, eaq; olim Carolus V. Alizacheno Tunensi rege (quem & Muleasenum vocant) in regnum restituto, indè cum alijs exuujs translata, Mariæ sorori donârat, & nunc ad Ioannā, Philippi sororem, que fuerat uxor filij regis Lusitanij & Ioannis, pertinet.

tinent. Pars superior, alterius generis au-  
læis, hiscꝫ opibus, & arte, quam maximè  
cōspicuis, tegebatur, & laquearia sericis te-  
lis, rubro, flauoꝫ colore admixto, exorna-  
bantur. Princeps hora tertia post meridiē  
in templum ita perductus est. Primo præ-  
cedebant nobiles ex prætoriana, regiaꝫ  
domo, & aliꝫ ex equestri ordine, tā Hilpani  
regis, quam reginæ, Principis Ioannæ, ac  
Principi Austræ, omnescꝫ nudato capite  
incedebant. Deinde sequebantur septē ex  
regijs ministris, qui præcipuū in aula mu-  
nus gerūt, moxꝫ hi Reguli, uidelicet, dux  
de Sella, dux de Orsuma, dux de Infantay-  
simo, dux de Nazara, & Beneuenti Comes,  
quorum prior mappam deferebat, secun-  
dus panem dulciarium, quem Itali Marciū  
uocant, tertius pileum, quartus salinum, et  
postremu candelā, quæ omnia in quibus-  
dam latioribus pateris, quarū materies to-  
ta erat ex auro, deferebatur. Dux Vesarius  
induebatur ueste purpurea, pellibus (uul-  
go Zibillinis) suffulcta, iscꝫ infantē gesta-  
bat, inuolutum in serico uelamine, quod  
erat ex uiridi colore, totumcꝫ argenteis filis  
tenuissimè contextum, eiꝫ a dextro latere  
ibat orator Pontificius, & a sinistro Cesa-  
rianus. Deinde ueniebant Galliæ, Lusita-  
piæ, ac Venetorū Legati, prior quidē a de-

xtra parte, alter à sinistra, & Venetus ferè in  
medio utriusq. Hi soli cooperto capite in-  
cedebant. Postel sequebatur Vincelaus  
Austriacus, qui erat susceptor, quoniā hu-  
ius frater, natū maior, per id tempus egro-  
tabat, eiusq; dextrū latus claudebat Phi-  
lippi soror, quæ fuit susceptrix, atra ueste  
induta, suūq; uelamētū nō in capite, sed in  
humeris circūferebat. Postremo, subseque-  
bantur regiæ pedissequæ à cubiculis, uxor  
Didaci, ex familia Cordua, Catherina Laf-  
fia, & plæreçq; aliæ matronæ illustri genere,  
quæ erant ex comitatu reging, ac Principis  
Ioannæ, oës cùm gémis, tūm diuiti habitu  
insignes. Hi omnes fanum ingressi sunt, in  
quo quidē porrigebatur mēla, parua qua-  
dā amplitudine, cui assistebat Sequentius  
purpuratus, & quatuor Antistites, & sup  
illā pēdebat umbella aurea, & à dextra par-  
te figebatur tentoriū, in quo erat nutrita, ~~et~~  
alia mulier, quæ sagmēta pro infante iuxta  
ignem admovebat, ut ea calefaceret. A' si-  
nistra erant plurimi præfecti, ac Senatores  
diuersarum prouinciarum, quæ Hispano  
subiectiuntur. Dum puerulus cœlesti aqua  
perfundebatur, & purpurato illius nomē  
ederent, statim qui aderant præfecti, audi-  
to Ferdinandi nomine, hunc magna uoce,  
atq; unanimes, suū Principem appellariū.

Templum uarijs, & pulcherrimis aulæis  
undiquaque ornabatur, & in maiori altare  
positum est diadema, quod fuerat Gallo-  
rum regis, idque aiunt constare tribus Lilijs  
ex argento, quæ sunt altitudine unius pal-  
morum dimidio, & desuper inniti auream  
coronam. In medio lillorū dicunt esse clau-  
num, qui figebatur in ea cruce, in qua Dei  
filius pependerit, & super illa, crucem ueri  
ligni, & utrinque duo frustula eiusdem li-  
gni, & super hæc paululum ex eiusdem ue-  
ste, ipsumque diadema totum undique co-  
ruscare præciofissimis unionibus, ac gem-  
mis, quæ sunt immensi cuiusdam precij,  
atque id olim Carolum V. habuisse à Fran-  
cisico huius nominis I. eo tempore, quo eū  
in libertatem afferuit. Hæc tam solennis  
cæremonia producta est in horam, & am-  
plius, eaque peracta, omnes hi Principes re-  
giam adierunt, eique manum exosculati-  
lunt, moxque ab ea humaniter dimissi.

Nunc series orationis requireret, ut ex-  
plicarem, quid actum sit in Belgio, cùm  
Anno M. D. LXIX. tilm etiam superiori  
estate, per Ducem Albanum, & Princi-  
pem Auraicum, eaque narratio haud sanè  
indigna est, quæ inter alia monumenta re-  
feratur: sed quoniam hæc, priuatum uo-  
lumen exposcit, neque mihi in præsentia  
tantum

tantum oculi suscipit, Lectorem, etiam atque etiam rogo, ut mihi huius rei gratiam faciat. Sed interim quis. Nonne prius receperas, de his quoque rebus te uerba facturum, quæ his paucis annis in Europa contigerunt? Nunc autem, quid sibi uult, quod abs te, de Gallicis motibus tam altum silentium? Nonne forsitan huiuscmodi esse uidentur, ut, uel præcipue, ad omnem posteritatis memoriam extendi debeant? Id equidem fateor: at quoties ea mihi in mentem ueniunt, & que præsertim nuper, cum ibi aderam, in eo regno accidere, frigidus horror

*Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.*

Itaque, ut olim Timantes Cythnius in ea tabula, qua Coloten Teium uicit, cum in Iphigeniae immolatione pinxit set tristem Calchanted, tristiorum Vlisssem addidisset Menelao, quem summum poterat ars efficiere moerore, consumptis affectibus, non reperiens, quo dignè modo patris uultum posset exprimere, uelauit eius caput, & suo cuique animo dedit æstimandum: sic equidem (quod ad me attinet) malo hec omnia illorum animis æstimanda relinquere, qui harum tragediarum uel actores, aut spectatores fuerunt, uel saltem isthac ex aliorum nuncijs, uel sermonibus accepere. Ex his postremi,

postremi, quum ea sic euenissemus intelligentes,  
multo minus sanè commouebuntur, quam  
priores (ita enim natura comparatum est,  
ut minus uehementer afficiant, quæ aurium  
sensu percipimus, quam ea, quæ hic oculis  
cernuntur) & aliquo felicitatis loco du-  
cent, quod sibi eo tempore ab huiusmodi  
periculis abesse licuerit. Fieri tamen haud  
potest, quin aliqua in eos miseratione affi-  
ciamur, qui humanæ infelicitatis calamis-  
tosum, ac horribile spectaculum exhibuere,  
si qua præsertim egregia uirtus eorum nomi-  
na illustrarit. Cæterum, et si ipse, quib. mo-  
tib. quæque interna, & plus quam ciuili dis-  
sensione Gallia tam diu iam laborarit, quo tamen  
indè malorum genera subsequuta sint, quæ  
denique illorum causa, & origo extiterit, si-  
lens, ac tacitus prætereo, nihilominus tamē  
haud sanè deerunt singulari eloquentia, &  
ingenio præstares uiri, à quibus hæc omnia  
literis mandabuntur. Vult enim Deus  
extare memoriam illarum rerum, quæ sub  
alicuius Principis ditione tam insignes ge-  
runtur, quod eius bonitas, & iustitia,  
non solum huius sæculi homi-  
nibus: at etiam posteris  
elucescant,


F I N I S.

# ERRATA INTER RE- LEGENDVM DILIGEN- TER OBSERVATA.

Prior numerus paginam: posterior  
lineam denotat.

Pag.1.lin.12:eandem. 2.remoue primum uers. cum  
sequente usq; ac. 5.10.Ferdinandi. 6.16 ea. 20.15.fa-  
miliariter. 33.25.ægritud. 48.9.auderet. 50.19.  
Friderici. 83.ad marg.plures. 88.27.præsidi. 100.  
10.ab. ibid.11.initio. 107.1.solertia. 112.29.Ke-  
retschenij. 230.7.Cæſ 132.ad marg.Christianis.134.  
9.flumina. ibid.2 interced. 135.ad marg.Augustanā.  
143.17.conſilia. 154.17.deditiōnem. 160.1.Hung.  
168.11.Hohenheim. 166.3.uidebant. 186.2.tati-  
nic. 183.10.Breder. 194.1.fatutorum. 217.27.obe-  
equitans. 252.29.difficilis. 242.9.maritimæ. 243.  
10.nemoribus. 271.19.proſpicere. ibid.28.melum.  
178.24.urbis. 290.18.uifus. 293.1.cernerentur.  
ibid.29.ueteres. 300.28.kisi.

BASILEÆ, PER SE-  
BASTIANVM HENRIC-  
PETRI, Anno M.D.LXXIII.  
Mense Febr.



20 85426



ordine sicut predicatorum medicorum. qui in copila  
nit aliis libellis i theologia qd̄ dñilogi de q̄j̄  
m̄b̄ aie ad sp̄m. Qui i nō plurim qdā opus  
affiche. ubi si de facili repit p̄scha. Et hoc  
me p̄schale cōposuit vñq̄ ordine m̄traret  
tu ianua de h̄c h̄c ianuę et hoc se p̄cur  
ri. et ianuę qd̄ vñ. possestiam. •

ianuę qd̄ a ianua de h̄c ianuę vñ. qd̄ ianuę  
et m̄traret ām. Del de a iano. qd̄ ianuę vñ  
vñ ām sicut ianuę p̄m om̄ opm. Et m̄ ian  
uę vñ. H̄c alio noīe ionom qd̄ qd̄ om̄ m̄  
cūmatus. Vide in ianutor.

7175 - 76

**et** o mecanis et canis et ibi. **te pia** en ethi  
borealis aliis nivis plaga vocat que in illa  
vixit. **Vix** ibiens alio c' nivis fluebat. et  
invenit g'ne. **et** hoc non ut vixit p'ce a  
tertio mense p'c'nt. **et** tunc sicut primus.  
**et** tunc sicut p'c'nt. **et** tunc d'ni. **et** tunc  
sicut p'c'nt. **et** tunc sicut p'c'nt. **et** tunc sicut p'c'nt.



וְאֵת כָּל־יִהְיֶה

